BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
2 F
15

Digitized by Google

AVGVSTINI PALLAVICINI FRANCISCI F.

Patricij Genuenſis

EXPLANATIO PARAPHRASTICA

In Libros Ariſtotelis de Anima.

In hac ſecunda editione ab Auctore recognita, & caſtigata.

Ad Illuſtriſs.^m & Reuer.^m S. R. E. Card.^m

ROBERTVM BELLARMINVM.



BIBLIOTH. ... INS M^A ... VICTORIA
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
Carme'. Diſcal.
S. Pau...
Roma

GENVAE.

Ex Typographia Ioſephi Pauoni. MDCXIII.

Permittentibus Superioribus.

Digitized by Google

12-2-F-15

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISS. S. R. E. CARDINALI ROBERTO BELLARMINO

Auguſtinus Pallauicinus. F.

FOelicitatem alius alio modo, & ſuopte ingenio quiſque terminet. Certũ eſt, Cardinalis Ampliſſime, intellectus vi homines cõſtitui, ac à cæteris animantibus diſtare. Hanc verò perfici, dum veritatem, quæ ipſius bonum eſt, contem-

Digitized by Google

platur, nemo ambiget, cùm tacitus omnium conſenſus in hoc conſpirauerit, teſte Philoſopho, vt quilibet natura ſcire deſideret, cùm etiam pueri in ipſo vitæ rudimento, dum anilibus fabellis imbuuntur, cauſas quærant. Eapropter ſolus ſapit, (debacchetur inuidia, neque enim ea carere licet, dum tam ſuperba peragitur cenſura) qui veritatem conſectando in ea ſui parte perfici curat, vnde humanitas homini prouenit, & totius hominis abſoluta perfectio deriuatur. Nemo igitur inficiabitur hunc verè fœlicem eſſe, cùm fœlicitas perfectionem inuoluat, & præter eam ſit nihil. Immo hinc triumphorum omnium lauream adeptum maiorem (quando plus eſt humani ingenij terminos in tãtum promouiſſe, quàm imperij) mirari ſubit Ariſtotelẽ, qui hac ſola ratiocinatione ductus Dei Opt. Max. fœlicitatem deprehendit ſui ipſius contẽplatione finitam. Admitto, quod ſi verum facere iudicium volumus, ac repudiata omni ambitione decernere, mortaliũ nemo eſt fœlix, atq; indulgenter cum eo decerni

cerni, qui iure dici non infelix poteſt; Hunc ipſiſſimum illum eſſe, vel ex nolente extorquerim, qui fœlicitatem extrà telum fortunæ locat, cuius ne illa laceſſat, metu ſemel recepto quęcumq; fugatur fœlicitas. Adoptetur patriæ oppugnatione, & ciuili ſanguine in Fœlicis cognomento aſſumptus Sylla, dum torqueatur, quòd Capitolium non dedicauerit, dum metuat, ne popularis aura, militum fauor, Senatus auctoritas inter tot proſcriptorum filios eum deſtituat, & iuſtę patriæ, & ciuiũ vltioni tradat. Veritatis autẽ nullibi fæcundiorem ſegetem rerũ naturæ contẽplatione palam eſt, in qua licèt nihil videri poſſit ſuperuacaneum, & audiendus ſit Plinius perhibens rerum naturã nuſquam magis, quàm in minimis totam eſſe, veruntamen eius vim, & maieſtatem in hominis animo, veluti totius naturæ compendio ſtatuas licet, quæ veluti Diuinæ mentis participatio quędam corpuſculum illud informe in vtero fœtę mulieris primùm nacta viuificat, miroq; diſponit opificio, diſpoſitũ opportuno tempore in lucem educit, edu-

† 3 ctum

ctum alit, alitum in modum perfectiſſimũ auget, auctum (quantum in ipſa eſt) æternùm reparando conſeruat, nunquam ſeneſcens, nunquàm deficiens, nulliſq; terminis circumſcripta: ſed modò ancillante ipſiuſmet corpore, externiſque rebus per ſenſus, veluti per auguſtiſſimos aditus rerum imagines intromittendo percipit, perceptas exprimit, expreſſas nullo cogente Deo ad ſui ipſius libitum optat, vel aduerſatur; modò (quod magis mirere) rebus remotis, ſed ſola ſimilitudinũ reputatione circà eaſdẽ, nõ ſecus ac præſentes verſatur; modò (quod ſupra omnem taxationẽ eſt) Deum ipſum æmulata ſeipſam aciem reflectendo contẽplatur, & Prothei fabulas fide, & miraculo ſuperans polypi inſtar in eaſdẽ ipſas res cognoſcendo ſe transformat. Vnde meritò à Philoſopho noſtro dictum deprehendas hominis animam poteſtate omnia eſſe. Hæc, & cætera functionum munera, Cardinalis Illuſtriſſime, Ariſtoteles ſuis tribus libris, quos de anima inſcripſit, perſequutus eſt, vt noſti, ſed ſuo more ſuboſcurè, immorta-

litatem

G

litatem illis hac via prorogari arbitratus (nulla enim in parte operoſior ei vita fuit) & quantum viribus naturæ poteſt, in omnibus rem acu tetigit. Fateor in aliquibus, quæ immortalitatem animę tangunt, illum longè aberraſſe. Nec caret patrocinio; viribus naturę altiùs attolli nequiuit, mortales in præmiũ caſtigante Natura, ne animal à lachrymis, vinculiſq; vitam auſpicatum, & adhuc ſuperbũ reputatione futurę immortalitatis ſuperbiret licẽtiùs. Hos ego de morte paraphraſticè ſum commentatus, non vt dolium in Cranio volutem, ſed vt aliqua ex parte eorum induſtriam ſubleuem, qui his addicti non ſectantur vulgaria. Tibi potiſſimùm, Cardinalis Ampliſſime, dicatos volui, vt quibus fidus ſocius in Peripatetica Philoſophia adfui, porticum ipſam verborum, ſententiarumque vepribus obſitam liberando, eiſdẽ conſultor adeſſem fatiſcentis vaſtos hiatus præcauendo, oſtendendoq; perfugia, cùm iniquum planè ſit, quos ope iuuerim, conſilio deſtituiſſe, niſi videri velim ideò iuuiſſe, vt perderem. Tu igitur (ea enim

Digitized by Google

enim es ſapientia, vt poſſis, ea animi, mo-rumq; facilitate, vt velis) eos manu appre-henſos per ſacros Theologiæ cāpos Dei re-uelatione cōplanatos, inoffenſo pede per-ducendo docebis, ſpirandi ratione homi-nem à ceteris animantibus diſtare, vitamq; morte iterari, ne dicam auſpicari, & dul-ce quidem eſſe viuere, ſed dulcius ſecundū rationē vixiſſe, auiditatemq; nunquam de-ſinendi mortalium pectoribus ingenitam fruſtrà non eſſe, ſed immortalitate termi-nari. Nec purpura illa nigrantis roſæ colo-re ſublucens à fulgore eorum oculos tantū perſtringet, quantum mores à benignitate animos allicient, cum nihil aliud in te mu-tauerit fortunę amplitudo, niſi vt prodeſſe tantumdem poſſes, & velles. Id quod etiam me in hoc propoſito nominatim dicandi tibi hos meos labores confirmauit. Nam alias, dum publica ſit eruditorum reiectio, Tullij teſtimonib, reieciſſem potiſſimum te, virum illum, qui pręconium omne infra Il-luſtriſſimū nomē CARDINALIS BELLARMINI ingenij virib' poſuiſti. Hac fiducia es in hoc

(***) albo

albo, non iudex, ſed aduocatus. Et licèt maiorem te ſciam, quàm vt deſcenſurum huc putem, ſolo nominis patrocinio ſecurus ero. Id largire, vt præfigere tantùm liceat. Nec mirere iam præfixiſſe; is ergà me ſemper fuiſti, dum Romæ commorabar, vbi ſæpiùs me in tuos familiares excepiſti, vt præoccupare audeam veluti conceſſa, quæ nondum petij. Vale, præcarer interim à Deo Optimò Maximò id, quod vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ fructuoſiſſimum futurum ſpero, niſi cognoſcerem id tibi fore æquè grauiſſimum.

AD

AD LECTOREM

INGENVE profeſſum me veritatis ſectatorem res arguet. Inconſtantiæ ingruat nota quantauis licet, dũ per me veritas illuſtrior fiat. Inanis haud vmbra gloriæ, ingeniiq; fama leuis ad philoſophandum me duxit, ſed amor dũtaxat veritatis, eamq; mortalibus aperiendi cupido, quos nec aliorum vana commenta detinent, nec delirantium acclamationes eleuant. Peruolui, amiciſſime Lector, quæ nuperrimè ex Ariſtotele de anima mea feci. In quibuſdam iudicio meo lapſum me deprehendi. Res ipſa emendationem, inſtitutum meum nouam editionem poſtulabant. Non deſtiti, neutrum fraudaui. Eadem denuo non paucis immutatis (an in melius ipſe cognoſces) tibi prodeunt. Perfeci ne? Pingebat inter colores ſenex factus ille, & poſt mortem pingebat adhuc. Summam admouiſſe manum rei difficillimæ qui profiteri audeam tricennarius ego non video. Sed illud ſubiji. Operæ ne pretium in vnius Ariſtotelis ſenſibus euulgandis ætatem inſumere? Iniuria ſapientiæ immenſa ſpatia intra vnius doctrinæ cancellos includi. Satis abſre in vnius verba iurare ſolam veritatem ſectantes. Sic ſtatuo. Quemadmodum equi pullus, nunc ima vallium, nunc ſumma collium, nunc immenſa camporum, nullo duce, nullo fræno peragrans, nullo fructu vorticoſa tranat flumina, ſaltu in-

Digitized by Google

tu inuia ſuperat, impetu proſternit obuia, ſeq; tandem præcipitem agit: ſic humani ingenij vis, dum proprijs viribus, impetuque ſuo naturæ immenſitatem comprehendere, intimoſque illius receſſus penetrare nititur, inauditos, abſurdoſq; rerum conceptus format, inque falſas opiniones, erroreſq; inextricabiles incidit. Quis ferat ingenij abortus, & monſtra illa cæleſtes quidem globos conſiſtere, terram autem rotari, humorem igni, aquæ calorem ineſſe, lumen corporea tardum mole, lapides anima vegetes peierare? Quas faces, Deus bone, præferre potuit veritati, qui ita ſubtiliter nugatur, ac delirat? Effrænis, ac ſine duce ingenij hæc ſunt inditia. Quod ſi acres ſpiritus, inexauſtas vires fræno comprimas, duce dirigas, apertam, certamq; præmonſtrante viam in ſpeculandis, venandiſq; rerum cauſis, & perpetua, firmaq; tradente principia, hiſce humana mens fulta, arripiens illam, deſtinatam attinget metam, arcanaque naturæ non tantum inſpiciet, ſed plane aſſequetur. Ad hanc properãtibus metam Ariſtoteles Dux ſummus. Illum enim, ſi eius ſcripta peruoluas, enixam fuiſſe comperies naturam, vt quæ vulgo ſcite occultauit, panderet ijs, qui rerum contemplationi addicti, ſapientiæ dignitate, cæteris mortalibus dominari, Diuinæque fieri conſortes naturæ cuperent. Et quamquam haud minute perſequatur omnia, quæ in hac rerũ vniuerſitate aſpectamus, quæque admirabilem mundi machinam exornant, ac perficiunt, exactiſſima tamen docet principia, ex quibus omnium facile naturam aſſequi licet, quæ ad ſui cognitionem humanum ſunt apta ingenium trahere. Statuas ergò, amice Lector, cæcum, qui ſine duce, lippum, qui ſine Ariſtotele philoſophiæ immenſa ſpatia capeſſit, & irridendos, qui pridie apud ſe natam veritatem mortalium ſtolidiſſimi producunt. Vale.

VIN-

Digitized by Google

VICENTIVS DOMINICVS
PANORMITANVS S. T. & V. I. D.
Authori amiciſſimo ſuo.

QVO te ſublimis corripis æthere
Terras peroſus? quo rapidum celer
Callem fatigas? quod volentem
Abripuit ſuper aſtra numen?
Ah quid vocantem ſollicita prece
Fugis ſodalem? Te Sicula procul
Suſpirat ex ora, laborum
Te pelago reuolutus ardet.
Tu cæca rerum principia, & modos,
Motusq; cauſas, & celerem poli
Perſtringis orbem: non labori,
Sol oriens, fugiensq; mentem
Subducit ægram. Lætus honoribus
Spernit remiſſas ire animus vias,
Nec pallet aduerſus frementes,
Quem melior leuat aura cœlo.
Illuſtre laudum nomen in exteros
Educis orbes: nec patrio magis
Honore fulges, nec priorum
Te melius decorauit ætas,
Quam te ipſe tollis. Perge libentius
Arcana terris pandere numina,
O magne naturæ Sacerdos,
PALLADIA decorande lauro.
Cape hæc Sodalis munera, candidi
Faces amoris, quem rapuit tui
Cùm Roma concordes foueret,
Et ſtudijs agitaret æquis.

AVGVSTINI PALLAVICINI EXPLANATIO PARAPHRASTICA.

IN LIBRVM PRIMVM DE ANIMA.

OMnis [1] contemplatiua cognitio inter ea, [a] quæ inſitam, & radicatam bonitatem habent, ac proinde honore ſunt digna collocatur; [2] eaque cenſeri alia pręſtantior cognitio debet, quæ [3] aut exacta demonſtrandi ratione excellit, aut circa melius, & mirabilius verſatur obiectum. Quoniam igitur illam ſcientiam, quæ & exactis rationibus vtitur, & excellens contemplatur obiectum, inter primas, ac præcipuas eſſe collocandam ſcientias arbitramur: [4] quæ autem in natura animæ cõtemplanda occupata ſcientia eſt, tum nobilitate obiecti, qua omnes alias præter Diuinam ſuperat ſcientias, tum exa-

Tex. 1.

1 Bonorum, & honorabilium notitiam opinantes,

a S. Th.

2 magis autem alteram altera,

3 aut ſecundum certitudinē, aut ex eo quod, & meliorū, & mirabiliorum eſt:

4 propter vtraque hæc

ᶜto, exquiſitoque demõſtrationum vſu, quæ in animam, vt in primam, & adæquatam omnium cauſam, quibus animata innoteſcunt corpora, reſoluuntur, excellens, atque egregia eſt, 5 conſentaneum erit ipſam, ſi omnium ſcientiarum præſtantiſsima non ſit, inter primas tamen, ac præcipuas numerari.

5 animæ hiſtoriam rationabiliter vtique in primis ponemus.

Nec vero 1 interna ſolũ bonitate excellens eſt ſcientia de anima, ſed eã quoque in aliorum vtilitatem maxime diffundit. Nam & ad omnes confert ſcientias, a quæ intellectus percipientes naturam addiſcunt cauſas, quibus primorum principiorum ingeneretur cognitio, 2 & magno potiſsimum ſcientiæ naturali adiumẽto eſt, 3 cum anima b internum, ac formale ſit animalium principium, in quorum cognitione ſcientia naturalis præcipue verſatur.

Tex. 2.

1 Videtur autem & ad veritatem omnem cognitio ipſius multum conferre:

a *Auerrois*:

2 maxime autem ad naturã.

3 Eſt enim tanquam principium animalium.

b *8. Tb.*

Noſtrum autem 1 in hac tractatione præcipuum intentum eſt, & contemplari, & cognoſcere naturam, ac ſubſtantiam animæ. 2 Deinde verò operationes, & affectiones, quæ ipſam conſequũtur inueſtigandæ ſunt. 3 Quarum aliæ quidem propriæ animæ paſſiones eſſe videntur, cum determinatam corporis partẽ non habeant, in qua inſint, eaſque proinde putent homines ab anima ſine vllo corporis adiumẽto fluere, aliç 4 vero animæ, & corpori communes ſunt, & ani-

Tex 3.

1 Quærimus autem contẽplari, & cognoſcere naturam ipſius, & ſubſtantiam.

2 Poſtea quęcumque accidũt circa ipſam.

3 Quorum alia quidem propriæ paſſiones videntur,

4 alia autem communes, & animalibus propter illam ineſſe.

Digitized by Google

& animalibus propter illam inſunt, quæ non ſolum corporea adiuuante virtute fiunt, ſed certam quoque partem corporis habent, in qua, vt in proprio ſubiecto recipiuntur.

Perdifficile [1] autem eſt, maximeque arduum animæ naturam, & quidditatẽ cognoſcere, atque hoc non modo contingit, ſi perfectam de ipſa ſcientiam inquiramus, ſed etiam ſi leui dumtaxat, ac debili cognitione cõtenti ſimus. Hæc vero difficultas, & eſſentiam animæ cõtemplantibus accidit, & viam quoque, ac methodum ſpeculantibus, qua animæ quidditatem inueſtigare oporteat. [2] Cum enim quæſtio, qua ſubſtantiam, & quidditatem animæ quærimus alijs quoque multis competat rebus (non enim fortaſſe omnium rerum definitiones ignotæ ſunt, ac methodo indigent) [3] exiſtimabit fortaſſe aliquis vnam eſſe methodum, quæ nobis ad rerum omniũ eſſentiam, ac ſubſtantiam declarandam inſeruiat; [4] præſertim cum videat omnia accidentia propria vnica methodo, nempe demõſtratione cognoſci. [5] Hoc autem ſi verum eſt, hanc vnam methodum inueſtigare oportebit, qua rerum eſſentias, ac naturas indagare poſſimus; quam tamen ob ſententiarum diuerſitatem inuenire difficile admodum erit.

Si [1] vero non vna quædam, & com-

Tex. 4.

1 Omniquaque autem, & omnino difficillimorum eſt accipere aliquam fidem de ipſa.

2 Cum enim ſit quæſtio communis, & multis alijs, dico autem eam, quæ circa ſubſtantiam, & ipſius quid eſt,

3 fortaſſis alicui videbitur vna quædam methodus eſſe de omnibus, de quibus volumus cognoſcere ſubſtãtiam,

4 ſicut, & eorum, quæ ſecundum accidens propriorũ demonſtrationem.

5 Quare quærendum vtique erit methodum iſtam.

Tex 5.

1 Si autem non eſt vna que-

dam, & cõmunis methodus de ipſo quid eſt,

2 adhuc difficilior fit ipſa negociatio: oportebit enim accipere circa vnumquodque quis modus.

3 Si autem manifeſtum ſit, vtrum demõſtratio aliqua ſit, aut diuiſio, aut etiam aliqua alia methodus,

4 adhuc multas habet dubitationes, & errores, ex quibus oportet quærere.

5 Alia enim aliorum principia ſicut numerorum, & planorum.

munis methodus ſit, qua rerum definitiones declarentur, ſed pro rerũ varietate varia quoq; exiſtat methodus, 2 adhuc maior difficultas vrget: difficile enim erit explicare, quæ methodus cuique rei conueniens ſit. 3 Quod ſi nulla in reperienda methodo difficultas accidat, ſed manifeſtum ſit demonſtrationem, aut diuiſionem, aut aliquã aliam methodum ad cuiuſque rei definitionẽ inueſtigandam neceſſariam eſſe, 4 non leuis tamen remanet difficultas in quærendis partibus, genere videlicet, ac differentia, ex quibus definitio conſtet, 5 cum rebus diuerſis principia quoq; proxima diuerſa competant, veluti numeris, ac ſuperficiebus. Sed quoniam communis hæc eſt in venandis rerum definitionibus difficultas, quæ in peculiari animæ definitione tradenda occurrunt difficultates examinandæ ſunt.

Tex 6.

1 Primum auté fortaſſis neceſſariũ eſt diuidere in quo generũ, & quid ſit: dico autem vtrũ hoc aliquid, & ſubſtãtia ſit, an qualitas, aut quãtitas, aut etiã quoddã aliud diuiſorum prædicamentorum.

a Simplicius.

Primum 1 ergò neceſſe eſt diſtinctè cognoſcere, a in quo prædicamento, ac genere ſit anima collocanda, vtrum ſcilicet ſubſtantia ſit, an qualitas, aut quãtitas, aut etiam aliquod aliud diuerſum prædicamentum. Et quamuis ſupremũ animæ genus inuentum fuerit, erit tamen in proximo diſcernẽdo genere difficultas. Cum enim quodlibet prædicamentum per potentiam, & actum diuidatur, iure dubitabimus, 2 vtrum anima

2 Adhuc autem vtrum eorũ, quæ in potentia ſunt, an ma-

Digitized by Google

ma in eo collocetur, vt ens in potentia, [b] hoc eſt, vt materia, & compoſitum, an verò, vt actus quidam, ſeu vt forma ad proprium eſſe animæ cõtracta. 3 Horum enim vtrum dicatur maximè intereſt. Atque hæ in quærendo animæ genere difficultates occurrunt.

gis actus quidam ſit.
b Simplicius.

3 Differt enim non parum.

Sed 1 conſiderandum præterea eſt, [a] vtrum anima in partes loco diſtinctas diuiſa ſit, an non, ita vt rationalis quidem in cerebro, iraſcibilis in corde, cõcupiſcibilis verò in hepate ponatur. 2 Deinde inueſtigandum eſt, vtrum omnes viuentium animę eiuſdẽ ſpeciei ſint, an non, 3 & ſi eiuſdem ſpeciei non ſunt, vtrum ſola ſpecie differant, an etiam genere. 4 Neceſſe autem eſt has quæſtiones examinare, ne in antiquorum philoſophorum errorem incidamus, qui animam ſpecie dumtaxat vnam eſſe exiſtimantes, cum de humana loquerentur anima, de omni ſe anima fuiſſe loquutos putabant.

Tex. 7.
1 Conſiderandum autem, & ſi partibilis ſit, an impartibilis.

a Auerroes.

2 Et vtrum ſit ſimilis ſpeciei omnis anima, an non.

3 Si autem nõ ſimilis ſpeciei, vtrum ſpecie differunt, an genere.

4 Nunc enim dicẽtes, & quærentes de anima, de humana ſolum videntur intendere.

Quod 1 ſi animas ſolo genere conuenire ſtatuatur, quærendum neceſſario eſt, vtrum anima genus vniuocum ſit, vnamq; habeat naturam, ſicut animal, quod relatum ad proprias ſpecies vniuocum dicitur genus, 2 an verò ſit genus analogum, diuerſamq; proinde cõtentæ ſpecies naturam obtineant, quemadmodum equus, canis, homo, & Deus, ſeu

Tex. 8.
1 Cauendum autem eſt, vt nõ lateat, vtrum vna ratio ipſius eſt, ſicut animalis,

2 an ſecũdum vnum quodq; altera, vt equi, canis, hominis, Dei.

Digitized by Google

ſeu cœleſte corpus, quæ communi animalis nomine tanquam analogo appellantur. 3 Hoc verò modo a ſumptũ animal, quatenus vniuerſale quid eſt, inferiora hæc analogata cõprehendens, aut nihil eſt, vnicam minimè realem denotans naturam, quæ hoc nomine ſignificetur, 4 aut poſterius eſt, quoniã ſi quid ſit, pura tantummodo vox eſſe poteſt, quæ rebus poſterior exiſtens, quem ex proportione multorũ elicuit anima con ceptum ſignificat. 5 Atq; hoc ſimiliter omnibus contingit, quæ analogice de ſuis inferioribus dicuntur. Ex quibus manifeſtum eſt, ſi animam genus analogum eſſe dicamus, vnicam ad eius naturam explicandam definitionem haudquaquam ſufficere, ſed ſingularum quoque ſpecierum definitiones afferendas eſſe: quas tamen non ſine ſummo labore aſſequi licebit.

3 Animal autem vniuerſale aut nihil eſt,

a *Alexander lib. 1 nat quaſt. cap. 11.*

4 aut poſterius.

5 Similiter autem & ſi quod commune aliud prædicetur.

Præterea 1 ſi in corpore animalis plures animæ diſtinctæ non ſunt, quarum vna viuificet caput, alia cor, & alia hepar, ſed vna tantũmodo exiſtens in plures veluti partes, ac potẽtias diuiditur, vtrum prius quærendũ eſt de anima cõmuniter ſumpta, an de partibus ipſius? 2 Difficile autem eſt determinare quænam harum partium animæ ab inuicem diſtingui, ac ſeparari queant.

Tex 9

1 Amplius autem ſi non multæ animæ, ſed partes, vtrum oportet quærere prius totam animam, an partes.

2 Difficile autem, & harum, determinare quales aptæ natę ſint alterę ab inuicem eſſe.

Sed 1 non leuis difficultas eſt, vtrum prius

Tex 10

1 Et vtrũ partes oportet quæ-

Digitized by Google

prius de ipſis animæ partibus agendum ſit, an verò de operationibus ipſarum, [2] vt an tractatio de intellectione, & ſenſatione antecedat tractationem de intellectu, ac ſenſu, ſicq; in alijs contingat, an vero potius contrarium accidat. [3] Quod ſi prius de operationibus agendũ eſt, dubitabit etiam aliquis, [a] vtrum determinandum ſit prius de obiectis, quæ animæ potentias, ea quæ inter agens, ac patiens eſt oppoſitione reſpiciunt, an verò de ipſis partibus, ac potẽtijs, quibus anima operari apta eſt, [4] vt an prius obiecta ſenſibilia, & intelligibilia, quàm ſenſitiuam, atque intellectiuam potentiam pertractare oporteat.

Rationabilis [1] autem hæc diſputatio eſt. [a] Etenim cognitio eſſentiæ ſubiecti, quæ nobis definitione innoteſcit, maxime confert ad cauſas affectionum inueſtigandas, quæ ipſũ conſequuntur ſubiectum, [2] quemadmodum in Mathematicis contingit, in quibus definitiones ſuperficiei, & lineæ, ſiue rectæ, ſiue obliquæ, prima principia ſunt, quæ ad demonſtrandũ tres angulos trianguli duobus rectis æquales eſſe præcognoſcere oportet. [3] Sed etiam vice verſa magna ex parte accidentia, quatenus ex ijs proprio attributa ſubiecto iuhærere cognoſcimus, conferre videntur ad ſubiecti eſſentiam cognoſcendam, à qua tamquã

à cau-

rere prius, an opera ij ſarũ

2 ut intelligere, an intellectũ, & ſentire, an ſenſitiuum, ſimiliter autem & in alijs.

3 Si autem opera prius, verũ vtique dubitabit aliquis, ſi oppoſita prius his quærendũ,

a Auerroes S. Th.

4 ſicut ſenſibile ſenſitiuo, & intelligibile intellectiuo.

Tex. 11.

1 Videtur autem non ſolum ipſum quid eſt cognoſcere vtile eſſe ad cognoſcendas cauſas accidentium ſubſtantijs,

a Auerroes.

2 ſicut in Mathematicis quid rectum, & quid obliquũ, aut quid linea, & planum ad cognoſcendũ quot rectis trianguli anguli ſunt æquales:

3 ſed & è contrario accidentia conferunt ſecundum magnam partem ad cognoſcendum ipſum quid eſt.

Digitized by Google

à cauſa dependent. 4 Cum enim imperfectam aliquam, [b] & confuſam, vel omnium, vel plurium accidentium cognitionem habemus, 5 tum ea ſubiecti [c] definitio nobis innoteſcit, quam humana permittẽte cõditione cognoſcere licet. Hæc verò quæ diximus manifeſta eſſe videntur. 6 Nam ſubiecti eſſentia primum eſt principium, à quo omnis demonſtratio dependet, ſeu cauſa omnium accidentium, quæ demonſtrari poſſunt: ex hac autem connexione, quæ inter cauſam, & effectus eſt, non modo cognita cauſa ignotos cognoſci effectus contingit, ſed etiam notis effectibus ignotam nobis innoteſcere cauſã accidit. 7 Quare definitiones illæ, per quas haudquaquam accidentia innoteſcunt, quibuſue facile nõ poſſumus imperfectam ſaltem accidentium cognitionem conſequi, vanæ, ac dialecticæ ſunt, nec per eſſentialia attributa, ſed ſolum per accidentalia eſſe traditæ videntur; ſiquidem vera, & propria ſubiecti definitione habita facile poſſunt accidentia ob eſſentialem cõnexionem cum ſua cauſa cognoſci. Iure igitur optimo inueſtigãdum eſt, vtrũ à partibus animę ad operationes per demonſtrationem a priori, an verò ab operationibus ad partes per demonſtrationem à poſteriori procedendum ſit.

Sed 1 dubium maximũ vrget de operatio-

4 Cum enim habemus reddere ſecũdum imaginationem de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus,

b Philoponus.

5 tunc & de ſubſtantia habebimus dicere aliquid quã optime.

c Themiſtius.

6 Omnis enim demõſtrationis principium eſt ipsũ quid eſt.

7 Quare ſecundum quaſcumque definitiones non contingit accidẽtia cognoſcere, ſed neque coniectare dẽ ipſis facile, manifeſtum quod dialecticæ dictæ ſunt, & vanæ omnes.

Tex. 12.

1 Dubitatio item autẽ habẽt,

rationibus animæ, an ſint omnes communes corpori, & ab ipſo dependeant, an aliquæ ſint animæ propriæ, quæ ſine vllo corporis adiumento fiant. [2] Hanc enim quæſtionem ſoluere neceſſarium quidem eſt, tum ad ipſas operationes cognoſcendas, tum etiam ad eſſentiam animæ inueſtigandam: ſed plures tamen difficultates habet. [3] Nam perſpicuum eſt aliquas paſsiones animam ſine corpore, neque agere, neque pati, vt iraſci, confidere, appetere, & omnino ſentire; ſiquidem affectiones animæ ſenſitiuæ, non ſolum ſine corpore non fiunt, ſed in ipſo quoq; recipiuntur. [4] Intelligere autem, quia certam corporis partem non habet, in qua fiat, propria animæ videtur operatio, quæ ſine vlla corporis functione fiat. [5] Attamen ſi intellectio imaginatio quædam eſt, aut ſine imaginatione non fit, etſi in ſola recipiatur anima, abſque corpore tamen eſſe non poterit. Quapropter difficile admodum eſt explicare, quo modo operationes animæ propriæ, aut communes ſint.

Neceſſe autem eſt ad eſſentiam animæ cognoſcendam hanc determinare quæſtionem, cum ex ea animæ ſeparabilitas, aut inſeparabilitas à corpore cognoſcatur.

Nam [1] ſi aliqua ſit animæ operatio

& paſſiones animæ, vtrum ſint omnes communes, & habentis, an ſit aliqua, & ipſius animæ propria.

2 Hoc enim accipere quidē neceſſarium eſt, non autem facile.

3 Videtur autem plurimarū nullum ſine corpore pati, neq; agere, vt iraſci, confidere, deſiderare, omnino ſentire.

4 Maxime autem aſſimilatur proprio ipſum intelligere:

5 Si autem eſt & hoc imaginatio quædam, aut non ſine imaginatione, nō continget vtique hoc ſine corpore eſſe.

Tex. 13.

1 Si igitur eſt aliqua animæ

propria, [a] quæ corpore non indigeat, ipſam vtique animam ſeparari, & à corpore ſeiunctam exiſtere continget. [2] Si verò nulla eſt propria ipſius operatio, ſed omnis egeat corpore, inſeparabilis ab eo erit, eoq; præciſo conſiſtere nullo modo poterit. Neque enim ocioſum quicquam in natura omni prorſus actione deſtitutum eſſe poteſt. Manifeſto hæc ex mathematicis deducto exemplo confirmantur. [3] Nam ſicut lineæ rectæ, quatenus recta eſt ab omni ſenſibili materia ſeiuncta, multa competunt, vt æneam ſphœram in puncto tangere, quam tamen in ſolo exiſtens corpore ſenſibili tangere poteſt, [4] ſiquidem corpori coniuncta ſemper eſt, & ab eo ſeparari nequit: ita ſi omnes animæ operationes à corpore dependeant, eo præciſo, nec operari anima, nec conſiſtere vllo modo poterit.

At ex eo quoque tractationis de anima, eiuſque operationibus augetur difficultas, quod in earum definitionibus ſumenda materia eſt, quæ obſcuritatem parere, ac tenebras offundere apta eſt.

Etenim [1] certum eſt [a] omnes affectiones, & operationes animæ corpori communes eſſe, atque ab eo dependere, vt ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia, gaudium amor, & odium,

operatio, aut paſſionum propria, coutinget vtique ipſam ſeparari.

a Philoponus. S. Th.

2 Si verò nulla eſt propria ipſius, non vtique erit ſeparabilis,

3 Sed ſicut recto, in quantum rectum, multa accidunt, vt tangere æneam ſphæram ſecundum punctum, non tamẽ tanget hoc ſeparatum ipſum rectum.

4 Inſeparabile enim, ſiquidem ſemper cum corpore quodam eſt.

Tex. 14.

1 Videntur autem & animæ paſſiones omnes eſſe cũ corpore, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidẽtia, adhuc gaudium, & amare, & odiſſe.

a Philoponus Themiſtius.

odium, [2] quandoquidem his exiſtentibus affectionibus aliquo ſemper modo pati corpus contingat. [3] Hoc autem manifeſta comprobatur experientia. Nam videmus aliquos homines, etſi validæ, ac manifeſtæ perturbationum exiſtant cauſæ, quæ agitare animum, ac vehementer commouere aptæ ſint, nihilominus tamen nec iraſci, nec timere vllo modo poſſe. [4] Alios verò ſæpè conſpicimus, qui paruis etiam, ac debilibus exiſtentibus cauſis facile mouentur, & grauiter excandeſcunt; [5] quemadmodum accidit ijs, quorum turget corpus, & ſimilem affectionem habet, quam ira correpti patiuntur. Hæc verò ex varia qualitatum mixtione, ac tēperie proficiſci nemini dubium eſſe poteſt. Qui enim tēperiem qualitatum ad bilem magis vertentem habet, facillime exardeſcente ſanguine leuiſſima de cauſa ad iram excitatur: qui verò mixtionem qualitatum nactus eſt, cui maior inſit pituitæ copia, inepto ad concipiendum calorem exiſtente ſanguine valida etiā de cauſa minimè iraſci poteſt. [6] Sed manifeſtius id quoque oſtendunt ij, qui nullo etiam exiſtente obiecto moueri, ac perturbari ſolent. [7] Quidam enim præſente nullo terribili obiecto ob maximam atræ bilis copiam, ſpirituumq; defectum perpetuo timent: quidam ve-

2 Simul enim cum his patitur aliquid ipſum corpus:

3 Indicat autē aliquādo quidem à validis, & manifeſtis paſſionibus accidentibus nihil exacerbari, aut timere.

4 aliquando autem & à paruis, & debilibus moueri,

5 cum accenditur corpus, & ſe habet ſic, vt cum iraſcitur.

6 Adhuc autem magis hoc manifeſtum.

7 Nullo enim terribili contingente in paſſionibus ſunt ijs, quæ timentis.

 rò ob

Digitized by Google

rò ob calidum, ac bilioſum ſanguinem ira ſemper commoti eſſe videntur. Hęc veritas non in ſolis operationibus animæ locum habet, quæ ad facultatem appetitiuam ſpectant, ſed etiam in ijs, quæ ad cognoſcitiuam animæ facultatem pertinere videntur. Nam experimur homines ob variam temperiē qualitatum, varia quoque intelligendi ratione vti. Alij enim acumine ingenij, & dicendi facultate præſtant, aliorum verò & in ſpeculando imbecillitas, & in dicēdo ineptitudo perſpicua eſt. Quod certè diſcrimen, non ex alio, quam ex varia mixtione qualitatum, & corporis ad cognoſcentis animæ operationes deſeruientis conſtitutione oritur. [8] Ex quibus manifeſtum eſt harum animę affectionum eſſentias, ac naturas à materia pendere, & abſq; ea conſiſtere non poſſe, cum ex diuerſitate ipſius variæ in corporibus affectiones, atque operationes contingant.

8 Si autem ſic habet, manifeſtū quod paſſiones rationes in materia ſunt.

Quapropter [1] definitiones operationum animæ per materiā tradendæ ſunt, vt ſi iram definire velimus, dicendum eſt ipſam quandam eſſe commotionem talis corporis, aut partis, aut potentiæ ab aliqua externa cauſa prodeuntē alicuius rei gratia factā. Atq; eodem modo in omnibus alijs operationum animæ definitionibus procedendū eſt. [2] Quoniam

Tex 15.

1 Quare definitiones tales: vt iraſci motus quidam exiſtit talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ob hoc, huius gratia.

2 Et propter hæc iam Natu;

Digitized by Google

niam igitur, & anima, eiuſque operationes à materia dependentes per materiam definiendæ ſunt, manifeſtum eſt ad naturalem philoſophum pertinere de omni, aut aliqua certè anima conſiderare, cum proprium naturalis philoſophi munus ſit de ijs agere, quæ à materia ſecundum propriam eſſentiam, ac naturam dependent.

ralis eſt conſiderare de anima, aut omni, aut huiuſmodi.

Aduertendum autem eſt, [1] accidentia naturalia differenter à Philoſopho naturali, ac Dialectico definiri. [2] Si enim ira definienda ſit, [a] Dialecticus dicet, eam eſſe appetitum retribuendi iniuriam, aut aliquid aliud huiuſmodi: [3] naturalis autem Philoſophus iram ſanguinis, aut ſpirituum excitatum in corde feruorē eſſe affirmabit. [4] Ex his Philoſophus naturalis aſſignat materiam, quæ ſanguis, & cor eſt, Dialecticus verò formam tantum, ſeu eſſentiam affert, [5] vltionis enim appetitus, aut aliud huiuſmodi ratio eſt, & eſſentia ipſius iræ. [6] Sed hæc forma, ſi eſſe debet, ſtatutam quandam ſenſibilem requirit materiam ſine qua eſſe, aut bene intelligi non poteſt. Quare ſi in definitione non exprimatur materia, non erit eſſentia perfecte declarata eſſentiali formæ conditione omiſſa. [7] Præterea vt manifeſtius noſtrum explicemus intentum, definitio domus per ſolam formam tradetur, ſi dica-

Tex. 16.

1 Differenter autem definiet Naturalis, & Dialecticis vnū quodq; ipſorum.

2 Vt ira quid eſt: hic enim appetitum recōtriſtationis, aut aliquid huiuſmodi,

a *Themiſtius Auerroes S. Th.*

3 ille autem feruorem ſanguinis, aut calidi circa cor.

4 Horum autem hic quidem aſſignat materiam, ille verò formam, & rationem.

5 Ratio enim hæc ipſius rei.

6 Neceſſe autem hanc eſſe in materia huiuſmodi, ſi erit,

7 Sicut domus, hæc quidem ratio talis fuerit, quod operimentum prohibens corruptionem à ventis, imbribus, & æſtibus.

dicamus eam operimentum eſſe prohibens corruptionem à ventis, imbribus, & aeſtibus. [8] Ex ſola autem materia definietur, ſi ex lateribus, lapidibus, & lignis eius definitio conſtituatur. [9] Perfecta verò definitio erit, quæ non ſolam formam in materia, ſed externam quoque finalem cauſam exprimat, vt ſi dicamus, domum operimentum eſſe in lapidibus, lateribus, & lignis propter ventos, aeſtus, & imbres. [10] Quænam igitur ex his definitionibus ad Philoſophum naturalem pertinebit? [11] vtrum illa, quæ per ſolam materiam omiſſa forma traditur, an quæ ſolam inuoluit formam? [12] an magis illa, quæ ex vtriſque conſtat? Certè quæ tam ex materia, quã ex forma conſtat, naturalis Philoſophi definitio erit. [13] At duæ reliquæ definitiones ad quem pertinebunt artificem?

Neceſſe [1] eſt aliquem eſſe, qui formas, & paſſiones exiſtentes in materia ſenſibili conſideret, quatenus neque etiam intellectu à materia ſenſibili ſeparabiles ſunt [2] Et hic ſolus Philoſophus naturalis eſt, qui circa omnes paſſiones, & operationes verſatur, quæ à materia ſenſibili abſtrahi non poſſunt, & corpori naturali, quatenus naturale, conueniunt. [3] Alias autem affectiones, ac formas, [a] quæ huiuſmodi non ſunt pertractant alij: Et illas quidem quas naturalis con-

tem-

8 Hæc autem dicit lapides, & lateres, & ligna.

9 Alia verò in his formam propter iſta.

10 Quæ igitur naturalis harum?

11 Vtrum quæ circa materiã, rationem autem ignorans, an quæ circa rationem ſolũ?

12 An magis quæ ex vtriſq;?

13 Illarum autem quæ vtraque?

Tex. 17.

1 An non eſt aliquis, qui circa paſſiones materiæ non ſeparabiles, neq; in quantum ſeparabiles?

2 Sed naturalis circa omnes quæcunque talis corporis, & huiuſmodi materiæ operationes, & paſſiones ſunt.

3 Circa quaſcumque autem, quæ non ſunt huiuſmodi, alius Et circa aliquas quidem & artifex, vt Faber, aut Medicus.

a *Auerroes. S. Th.*

Digitized by Google

templatur Philoſophus, conſiderat artifex, vt Faber, aut Medicus, qui res naturales non quatenus tales, ſed quatenus noſtrę ſubijciuntur voluntati pertractant. 4 Formas autem, quas re ipſa à materia haudquaquam ſeparare licet, non quatenus corporis ſenſibilis paſſiones ſunt, ſed quatenus cogitatione, ac mente ſeparari poſſunt, Mathematicus conſiderat. 5 Eas verò quæ penitus à materia ſeparatæ ſunt, Diuinus contemplantur Philoſophus. Ex his patet, cum definitio per ſolam formam tradita ad Mathematicum, ac Diuinum ſpectet Philoſophum (veram autem, ac perfectam definitionem intelligo, quæ propriam rei eſſentiam exprimat, quoniam Dialectica definitio, etſi in naturalibus per ſolam tradatur formam, externa tantum, atque accidentalia ſignificans imperfecta, ac diminuta eſt) patet inquam, eam definitionem, quæ per ſolam materſam tradi poſſet, nullius diſciplinæ propriam eſſe. Cum enim res per materiam non actu, ſed in ſola potentia conſtituantur, per formam verò eſſentiam, & proprium obtineant actũ, quo ad certam naturam contractę ſeparantur ab alijs, ac ſecernuntur, quid mirum ſi nulla exiſtat diſciplina, quæ propriam quidditatem rerum inueſtigans per ſolam definiat materiam? Omnis enim

4 Ipſarum autem non ſeparabilium quidem, in quantum autem non talis corporis paſſiones, ſed ex remotione Mathematicus.

5 Secundum autem quod ſeparatæ primus Philoſophus.

nim ad eſſentiam, ac formam venandam ordinata cognitio eſt, ipſamque imitatur naturam, quæ materiam haud quaquam generando efficere, ſed ipſam tantummodo formam producere intendit.

Tex. 18.

1 Sed redeundũ eſt vnde ſermó: dicebamus autem quod paſſiones animæ non ſeparabiles à naturali materia animalium, in quantum tales exiſtunt, ira, & timor,

2 et non ſicut linea, & planũ.

Sed [1] iam, vt redeamus ad noſtrum præcipuum intentum, illud ex dictis neceſſario ſtatuendum eſt, affectiones animæ à naturali, ac ſenſibili animalium materia eſſentialiter, & quatenus tales ſunt, ſeparabiles non eſſe, ſicut ira, & timor. [2] Nam linea, & ſuperficies, licet in materia ſint, ab ea tamen ſecundum propriam eſſentiam, atq; naturam accepta minimè dependent.

Iam verò ſtudioſorum animis ad ſcientiam de anima ob eius præſtantiam vtilitatem, ac difficultatem diligenti, aſſiduoque ſtudio quærendam excitatis, atq; inflammatis, naturam, & eſſentiam animæ contemplari aggrediamur.

Tex. 19.

1 Intendentes autẽ de anima neceſſe eſt ſimul dubitantes de ijs, quibus abundare oportet, pertranſeuntes priorum opiniones comprehendere, quicunque aliquid de ipſa enunciauerunt, vt bene quidẽ dicta accipiamus, ſi vero aliqd nõ bene, hoc euitemꝰ.

Quoniam [1] igitur naturam, & ſubſtantiam animæ inueſtigare, & cognoſcere intendimus, dubitare de his, ac diſputare cupientes, quæ ſpeculando inuenire, ac ſcire oportet, neceſſarium prius eſt antiquorum Philoſophorum opiniones, qui de anima aliquid nobis, aut inueniendo, aut ſcribendo, & commentando tradiderunt examinare, vt vera quidem, recteq; ab ijs dicta comprobemus, falſa autem, ac male tradita reij-

tā reijciamus. 2 Et quidem congruum, aptumq; huius noſtræ inquiſitionis capiemus exordium, ſi prius afferemus ea, quæ maximè videntur animæ ſuapte natura competere. Animæ igitur ſenſum, ac motum ab interno exeuntem principio ſecundum propriam naturam ineſſe communis fere omnium conſenſus approbare videtur, 3 cum ea quæ habent animam ſenſu, ac motu ab ijs, quæ ſunt anima deſtituta, præcipue differant. 4 Quapropter his duobus veluti fundamentis innixi antiquiores Philoſophi eſſentiam animæ inueſtigare conati ſunt.

Nam 1 qui animæ naturam medio inueſtigarunt motu, communiter ſupponunt, id eſſe animam, quod maximè, ac primo mouet. 2 Atque fieri non poſſe exiſtimantes, vt id aliud quicquam moueat, quod non mouetur, aliquid corū eſſe animam arbitrati ſunt, quæ proprio cientur motu. 3 Sic Democritus ignem quendam, & calorem eſſe animam dicit. 4 Cum enim infinita quædam ingenita, & indiuiſibilia ſtatueret corpuſcula, quæ atomos appellabat eiuſdem quidem eſſentiæ, ac naturæ, ſed varijs prædita figuris, quæ ſphæricam obtinerent figuram animæ naturam conſtituere putabat. 5 Atque indiuiſibilia hæc corpora, a & ijs, quæ ramenta dicimus aſſimilabat corpuſculis, turmatim feneſtris in

2 Principium autē quæſtionis præponere quæ maxime videntur ipſi ineſſe ſecundū naturam.

3 Animatum igitur ab inanimato duobus maximè differre videtur, motu, & ſenſu.

4 Accepimus autem & à Progenitoribus fere duo hæc de anima.

Tex. 20.

1 Dicunt enim quidam, & maximè, & primo animam eſſe id, quod mouet.

2 Exiſtimantes autē quod nō mouetur ipſum non cōtingere mouere alterum, eorum quæ mouentur, aliquid animam ſic arbitrati ſunt eſſe.

3 Vnde Democritus quidem ignem quendam, & calorem dicit eſſe ipſam.

4 Infinitis enim exiſtentibus figuris, & atomis, quæ ſpeciei rotundæ, ignem, & animam dicit.

5 Vt in aëre quæ dicuntur ramenta, quæ videntur in radijs, qui per feneſtras.

a *Simplicius Philoponus*, S.Th.

Sole adapertis per ipſos reciprocantibus radios, [6] & rerum omnium, quæ ortui, atque interitui ſunt obnoxia elementa, ac ſemina eſſe exiſtimabat. [7] Cui ſententiæ Leucippus quoque aſſentire videtur. [8] Conſequenter autẽ ſuis principijs corpora, ex quibus animæ conſtituebant naturam, ſphæricam obtinere figuram putabant. [9] Nam ſphæricæ figuræ corpuſcula angulis tranſitum impedientibus deſtituta, celerique proinde lata motu, & omnia permeare corpora, & ea mouere facillime poſſunt. [10] Quamobrem id potiſſimum eſſe animam arbitrantes, quod motum animalibus præſtat, iure ipſam ex ſphæricis corporibus conſtare dicebant.

Præterea [1] vita reſpiratione conſiſtit, aiebat Democritus. Videmus enim ceſſante reſpiratione vitam deſinere, ac mortem ſubire, quæ ex animæ diſſolutione contingit. Hoc autem quomodo fiat ex allata ſententia explicari optimè poteſt. [2] Quia enim ob aeris frigiditatem ita conſtringuntur, ac denſantur corpora, vt quæ in ijs corpuſcula inſunt motum animalibus præbentia extrudãtur, atque etiam ob continuum, quo cientur motum, nullo etiam excludente è corporibus educuntur, ne fortaſſe omnibus à corporibus animalium corpuſculis expulſis diſſoluta deficeret anima,

6 Quatum omni ſeminarium elementa dicit Democritus totius naturæ.

7 Similiter autem & Leucippus.

8 Horum autem ſphærica animam,

9 propterea qđ maximè poſſunt per totũ penetrare huiuſmodi figuræ, & mouere reliqua, cũ moueãtur & ipſa:

10 arbitrantes animã eſſe id, quod præſtat animalibus motum.

Tex. 21.

1 Vnde & viuendi terminum eſſe reſpirationem.

2 Conſtringente enim eo, quod continet corpora, & extrudente figuras præbentes animalibus motum, ex eo quod nõ eſt ipſas quieſcere vnquam,

ma; 3 neceſſarium fuit noua in reſpiratione per aeris attractionem corpuſcula ingredi, quæ non ſolum eorum loco ſuccedentia, quorum facta diſgregatio fuit, deficientem reſtituerent animam, 4 ſed etiam ea, quæ intus manent corpuſcula exire, ac ſegregari prohiberent, 5 & cum prioribus corpuſculis vnita, maioremq; nacta calorem alienum in corpore exiſtens frigus depellerent, cuius conſtrictione, & compreſſione interiora extrudi corpuſcula ſolent. 6 Quamdiu ergo reſpirare poterunt animalia, eo vſque vitam habebunt. Quare cum animalium vita in corpuſculorum conſeruatione conſiſtat, quæ mediante reſpiratione contingit, manifeſtum eſt, animam ex indiuiduis, ac rotundis corpuſculis igneam referentibus naturam componi.

Videtur 1 autem Pythagoreorum ſententia cũ hac Democriti opinione quodammodo conſentire. 2 Nam quidam eorum a indiuidua corpora, quæ ramẽta dicuntur per aerem continuo lata eſſe animam arbitrati ſunt. 3 Alij verò non ipſa indiuidua ramenta, ſed eorum cauſam motricem eſſe animam dixerunt. 4 Hanc autẽ ſententiam ex eo comprobarunt iſti Philoſophi, quod ramenta hæc ſumma etiam aeris tranquillitate moueri conſpicerent, eaque proinde ad

3 auxilium fieri de foris, ingredientibus alijs huiuſmodi in reſpirando.

4 Prohibere enim has, & quę inſunt anima'ibus ſegregari,

5 ſimul prohibentes conſtringens, & comprimens.

6 Et viuere autem, quandiu poſſunt hoc facere.

Tex. 22.

1 Videtur autem & à Pythagoreis dictum eandem habere ſententiam.

2 Dixerunt enim quidam ipſorum animã eſſe, quæ ſunt in aere ramenta.

a Simplicius Philoponus.

3 Alij autem has mouens.

4 De his autem dictũ eſt, propterea quod continue videntur moueri, etiam ſi ſit tranquillitas omnimoda.

Digitized by Google

motum efficiendum, ac ſuſcipiendum apta maximè eſſe putarent. [5] Eandem quoq; ſententiam ſequuti ſunt, quicumque dixerunt animam id eſſe, quod ſeipſum mouet. [6] Videntur enim omnes hi Philoſophi communi conſenſu affirmare, motum animę proprium maxime eſſe, [7] & alia quidem omnia ab anima moueri, eam autem à ſeipſa motum habere, [8] propterea quod mouens nullum eſſe videbant, quod & ipſum quoq; non moueretur.

Similiter [1] autem & Anaxagoras animam rerum omnium motricem eſſe affirmauit, & ſi quis alius dixit omnia ab intellectu moueri. [2] Sed tamen cum Democrito haud quaquam conſentiebat. [3] Nam Democritus idem ſimpliciter animam ſenſitiuam, atque intellectũ eſſe arbitratus eſt; [4] ſiquidem apparens idem, atque verum eſſe, & quodcumque ſenſus apprehendit, id veritatem habere dixit. Ex quo neceſſe eſt animã ſenſitiuam ab intellectu non differre, cũ idem hæ potentiæ reſpiciant obiectum. [5] Vnde recte feciſſe Homerum ait, cum inquit: aliud ſapiens Hector iacet: ſic enim ſapere, ac ſentire idem eſſe indicat, cum ſenſu ob illatum vulnus Hectorem deſtitutum mente ab alienatum eſſe dicat. [6] Quare Democritus non vtitur intellectu, veluti potentia, quæ rerũ cau-

5 In idem quoq; feruntur & quicunq; dicunt animam eſſe, quod ſeipſum mouet.

6 Videntur enim hi omnes exiſtimaſſe motum maximè proprium eſſe animæ,

7 et alia quidem omnia moueri propter animam, ipſam autem à ſeipſa,

8 propterea quod nihil videbant mouens, quod non & ipſum moueatur.

Tex 23.

1 Similiter autem & Anaxagoras animã dicit eſſe mouẽtẽ, & ſi quis alius dixit quod totum mouit intellectus.

2 Non tamen penitus, ſicut Democritus.

3 Is enim ſimpliciter dicit, idem eſſe animam, & intellectum.

4 Verum enim eſſe quod videtur.

5 Vnde bene feciſſe Homerum, quod Hector iacet, aliud ſapiens.

6 Non itaq; vtitur intellectu tamquam potentia quadã circa veritatem, ſed idem dicit

ſas, atq; exitus cognoſcat, ſed animam ſenſitiuam idem, atque intellectum eſſe affirmat.

At [1] minus clare de anima loquitur Anaxagoras. Etenim multis in locis intellectum bonæ tantum, ac rectæ operationis cauſam eſſe dicit, alibi verò ipſum intellectum cum anima ſenſitiua cõfundere videtur. [2] Omnia enim animalia, & magna, & parua, & nobilia, atque ignobilia intellectu prædita eſſe dicit, in quibus ſenſitiuam ineſſe animam certum eſt. [3] Sed errat, nam intellectus prudenter operans, non ſolum omnibus animalibus, ſed nec omnibus hominibus ineſt. [4] Quicumq; igitur animæ naturam, & eſſentiam medio inueſtigarunt motu, id eſſe animam, quod motiuum maximè eſt, opinati ſunt.

At verò [1] quicumque per cognitionem, ac ſenſum animæ inquiſierunt naturam, communi conſenſu animam ex principijs ortam eſſe dicunt. Sed quoniam hæc principia alijs plura ſunt, alijs verò vnum; [2] qui plura inuehunt principia animam ex pluribus principijs cõſtare aſſerunt, [3] qui verò vnum tantum, ex vnico ipſam principio eſſe affirmant. Cum enim omnia principia cognoſcat anima, & omnis cognitio per aſſimilationem rei cognitæ ad cognoſcentẽ fiat, hæc ſimilitudo perfecta eſſe non poterit, niſi

animam, & intellectum.

Tex 24.

1 Anaxagoras autẽ minus explanat de ipſis; multis enim in locis cauſam eius, quod bene, & recte dicit intellectum, alibi autem intellectũ ipſum eſſe animam.

2 In omnibus enim ipſũ ineſſe animalibus magnis, & paruis, & honorabilibus, & inhonorabilibus.

3 Non videtur autem ſecundum prudentiam dictus intellectus omnibus ſimiliter ineſſe animalibus, ſed neq; hominibus omnibus.

4 Quicunque igitur ad ipſum moueri aſpexerunt, hi maximè motiuum eſſe animam opinati ſunt.

Tex 25.

1 Quicunque autem ad ipſũ cognoſcere, & ſentire ea, quę ſunt, iſti dicunt animam eſſe principia.

2 Illi quidem plura facientes hæc.

3 Hi verò vnum hoc.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

4 Sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus, eſſe autem & vnumquodq; horũ animam, ſic dicens.

5 Terra quidem terram cognouimus, aqua autem aquã, Aethere verò Aethera Diuũ, ſed igne ignem manifeſtum; concordiam autẽ concordia, diſcordiam verò diſcordia triſti.

Tex. 26.

1 Eodem autem modo & Plato in Timeo animã facit ex elementis.

2 Cognoſci enim ſimile ſimili, res autẽ ex principijs eſſe.

3 Similiter autẽ & in ijs, quæ de philoſophia dicuntur determinatum eſt, ipſum quidem animal ex ipſius vnius idea, & ex prima longitudine, & latitudine, & altitudine, alia autem ſimili modo.

Tex. 27.

1 Adhuc autẽ & aliter intellectum quidem ipſum vnũ,

2 ſcientiam autem ipſa duo, vnice enim ad vnum,

a Themiſtius.

3 plani autem numerum opinionem,

4 ſenſum verò eũ, qui ſolidi.

niſi anima ex omnibus principijs compoſita ſit. 4 Quare Empedocles & animam ex omnibus elementis conſtare, & horum vnumquodque eſſe opinatus eſt. Sic autem inquit.

5 *Terrea pars terras, pars vndea cõſpicit vndas,*
Aethera Diuũ Aether, vis ignea pſpicit ignes,
Pax pacem monſtrat, litem lis aſpera ſentit.

Ob 1 eandem quoque rationem Plato in Timæo animam ex principijs conſtitutam eſſe dicit. 2 Simile enim ſimili cognoſcitur, quare cum anima omnia cognoſcat, ex omnibus ipſam principijs rerum conſtare oportet, vt hoc modo cognoſcendo principia, omnia etiam, quæ ex principijs orta ſunt, cognoſcere poſſit. 3 Præterea in his quæ de Philoſophia, ſeu bono dicta ſunt, determinauit Plato ipſam animam ex idea vnitatis, dualitatis, trinitatis, & quaternitatis conſtare, eodemq; modo omnia ex his compoſita eſſe. Quare cum hæc rerum principia ſint, ex principijs neceſſario conſtabit anima.

Deniq; 1 intellectus a ex vnitate conſtat, ſimplici eius exiſtente cognitione, 2 ſcientia ex dualitate, cum ab vno medio ad vnicam procedat concluſionem, 3 opinio ex trinitate, ſiquidem ex vno medio concluſionem infert, quæ vera eſſe, & falſa poteſt, 4 ſenſus verò ex quaternitate eſt, quoniam ipſa corpora ſen-

Digitized by Google

ra ſenſibilia quaternis prædita dimenſionibus cognoſcit. 5 Numeri autẽ formæ, ac principia rerum ſunt, atque ex vnitate, dualitate, trinitate, & quaternitate tanquam ex elementis conſtant. 6 Quoniam igitur anima alias quidem res intellectu cognoſcit, alias ſcientia, alias opinione, & alias ſenſu, ex iiſdem principijs erit, ex quibus conficiuntur numeri. 7 Quare cum numeri ſint rerum formæ, ac principia, neceſſario anima ex principijs rerum, atq; elementis compoſita erit.

Sed 1 quoniam id eſſe anima videtur, quod per ſe motiuum, & cognoſcitiuũ eſt, quidam alij Philoſophi & cognitione, & motu eius inueſtigantes naturã, numerum ſeipſum mouentem eſſe animam pronunciarunt. Sic enim vt numerus omnia cognoſcit, ſe ipſam verò mouens alia mouere apta eſt. 2 Diſſentiebant autem Philoſophi in quidditate, ac numero principiorum aſſignando. 3 Nã quidam corporea principia, vt elementa, vel atomos ponebant, quidam incorporea, vt ideas, ac numeros, quidam verò vtraque miſcebant, corporea, & incorporea. 4 In ſtatuendo autem numero differebant, quoniam alij vnum omnium dicebant eſſe principium, alij autem plura.

His 1 ſuppoſitis de rerum principijs con-

5 Numeri enim formæ ipſæ, & principia entium dicebãtur: ſunt autem ex elemẽtis.

6 Iudicantur autem res, aliæ quidem intellectu, aliæ verò ſcientia, aliæ autem opinione, aliæ verò ſenſu.

7 Formæ autem rerum numeri hi.

Tex. 28.

1 Quoniam autem & motiuũ videbatur anima eſſe, & cognoſcitiuum, ſic quidam cõplexi ſunt ex vtriſque enunciantes, animam eſſe numerum mouentem ſeipſum.

2 Differunt autem de principijs quæ, & quot ſunt.

3 Maxime quidem qui corporea faciunt ab ijs qui incorporea, ab ijs autem qui miſcent & ab vtriſque principia enunciant.

4 Differunt autem circa multitudinem: hi enim vnum, illi verò plura dicunt.

Tex. 29.

1 Conſequenter autẽ ad hæc & animam aſſignant.

Digitized by Google

conſequenter animæ ſubſtantiam, ac naturam aſſignarunt. 2 Etenim rationi cõſentaneum eſt, id quod ſuapte natura motiuum maximè eſt inter principia collocare. 3 Vnde aliqui crediderunt animam eſſe ignem, 4 quoniam hic tenuiſſimas habet partes, atque inter cætera elementa ſimplicitate excellit, 5 ſeque proinde mouens, alia primò, ac per ſe mouere aptus eſt.

Sed 1 clarè magis, ac diſtinctè pronunciauit Democritus, cognitionis, & motus animæ cauſam aſſignans. 2 Quia enim anima, & intellectus idem ſunt, hic autem ex primis, & indiuiſibilibus corporibus conſtat, quæ ad rerum omnium conſtitutionem concurrunt, cognoſcitiua erit anima rebus omnibus ſimilis exiſtentes, quæ ob ſimilitudinem tantũmodò cognoſci aptæ ſunt. 3 Quia verò tenuibus eſt prædita partibus anima, & ſphæricam obtinet figuram, quæ procliuis ad motum præcipuè eſt, motiua, & mobilis anima ſuapte natura maximè erit. 4 Hanc autem figuram non modò intellectus, ſed ignis quoque nactus videtur.

At 1 Anaxagoras, etſi animam ab intellectu ſecernere videatur, quemadmodum ſupra dictum eſt, ſæpè tamen vtriſque perinde, atque vna, & eadem natura vtitur. 2 Verùm intellectum omnium

2 Motiuum enim ſecundum naturam primorũ exiſtimauerant non irrationabiliter.

3 Vnde quibuſdam viſum eſt ignem eſſe.

4 Etenim hic partibus ſubtiliſſimus eſt, & maximè elementorum incorporeus,

5 Adhuc autem mouetur, & mouet alia primò.

Tex. 30.

1 Democritus autem elegantius dixit, enuncians propter quid vtrumque horum.

2 Animam enim & intellectũ eſſe idem, iſtud autem ex primis, & indiuiſibilibus corporibus.

3 Motiuum autem, & mobile propter ſubtilitatem partium, & figurarum, figuram autem maximè mobiliſſimã ſphæricam dicit.

4 Huiuſmodi autem eſſe intellectum, & ignem.

Tex 31.

1 Anaxagoras autem videtur quidem aliud dicere animã, & intellectum, ſicut diximus prius: vtitur autem vtriſque ſicut vna natura.

2 Verũtamẽ intellectũ ponit

Digitized by Google

nium maximè rerum principium ponit. 3 Ipſum enim eorum, quæ ſunt, ſimplicem, & immixtum, & purum tantummodò eſſe dicit. 4 Eidem verò principio & motum, & cognitionem tribuit, cùm intellectum mouiſſe omnia, atque ordinaſſe affirmat.

Sed 1 Thales, vt omnes communiter aiunt, motiuum quoddam animam eſſe opinari videtur, quandoquidem magnetem, quæ mouet, ac trahit ferrum, habere animam dixit. 2 Diogenes autē, quem alij ſequuntur, animam aerem eſſe affirmat. Quia enim aer inter omnia corpora tenuiſſimas habet partes, & rerum omnium principium eſt, ſi aer eſſe anima dicatur, 3 & cognoſcere, & mouere omnia poterit; cognoſcere quidē, quatenus ex primò rerum principio cōſtat, ex quo omnia fiunt; 4 mouere autem, quatenus ob partium tenuitatem facilè omnia permeare poteſt. 5 Heraclitus verò, a qui vaporem ſubtiliſſimū corpus, & ſemper fluens rerum naturalium idoneum principium conſtituit, animam eſſe vaporem dicit. Quapropter anima, quatenus ex vapore tenuiſſimo, ac ſemper fluente conſtat, motiua eſt; 6 quatenus autem mouetur, perinde ac omnia, quæ ſunt in mundo, ob ſimilitudinem, qua exiſtentia in motu ſeſe reſpiciunt, rerum omnium cognoſciti-

principiū maximè omnium.

3 Solū enim dicit ipſum eorum, quæ ſunt, ſimplicem eſſe, & immixtum, & purum.

4 Aſſignat autem vtraq; idē principia, & cognoſcere, & mouere, dicens intellectum mouiſſe omne.

Tex. 32.

1 Videtur autem, & Thales ex ijs, quæ commemorant, motiuum aliquid animā opinari; ſiquidem dixit lapidē animam habere, quoniam ferrum mouet.

2 Diogenes autem, ſicut & alij quidem, aerem hunc opinatur omnium ſubtiliſſimarum partium eſſe, & principium.

3 Et propter hoc cognoſcere, & mouere animam, ſecūdum quod quidem primum eſt, & ex hoc reliqua cognoſcere.

4 Secundum quod verò ſubtiliſſimum eſt, motiuum eſſe.

5 Heraclitus autem principiū eſſe dicit, ſiquidem vaporē, ex quo alia conſtituit, & maximè etiam incorporeum, & fluens ſemper.

6 Quod autem mouetur eo, quod mouetur, cognoſci.

ſcitiua eſt. [7] Entia verò in motu perpetuo eſſe, & ipſe opinabatur, & complures alij cenſebant. [8] Simili modo, & Alcmeon de anima putaſſe videtur: ipſam enim quia ſimilis immortalibus eſt, immortalem eſſe dicit. [9] Atque hoc idcircò ipſi ineſſe putat, quia perpetuò cietur motu, quemadmodum corpora cæleſtia, nempè Luna, Sol, & aſtra, cęlumq; ipſum, quæ perenni, & continuo circũaguntur motu. [10] Sed quidam rudes Philoſophi, vt Hippon, aquam rerum principium eſſe arbitrati ſunt, in hanc certè depulſi ſententiam, quia ſemen ex quo viuentia gignuntur, humidum eſſe videbant. [11] Eos autem redarguit Hippon, qui ſanguinem eſſe animã dicebant, quia ſanguis haudquaquam ſemem eſt, quod primam veluti animã, ac vitæ fundamentum eſſe cenſebant. [12] Verũ alij ſanguinẽ, vt Critias, eſſe animã dixerunt, [13] animæ propriũ maximè ſenſũ eſſe, ipſumq; animali propter naturã ſanguinis competere opinantes. [14] Sed quamuis alij animam dixerint eſſe ignem, alij aeren, alij aquam, nullus tamen fuit, qui ſolam terram ob eius craſſitiem ad motum ineptam eſſe animam putarit; [15] niſi fortaſſe quis animam ex omnibus elementis conſtare, aut omnia elementa eſſe affirmauit.

Ex [1] his, quæ dicta ſunt, manifeſtũ eſt,

7 In motu autẽ eſſe quę ſunt, & ille arbitrabatur, & multi.

8 Similiter autem his & Alcmeon opinari videtur de anima: dicit enim ipſam immortalem eſſe, propterea quod aſſimilatur immortalibus.

9 Hoc autem ineſſe ipſi, tanquam ſemper motæ, moueri autem, & diuina omnia continue ſemper Lunam, Solem, Aſtra, & totum cælum.

10 Magis autem oneroſorum quidam & aquam exiſtimauerunt, vt Hippon, ſuadere autem videntur ex genitura quoniam omnium humida eſt.

11 Etenim redarguit ſanguinem dicentes animam, quoniam genitura non eſt ſanguis; hanc autem eſſe primã animam.

12 Alij autẽ ſanguinem quẽadmodum Critias,

13 ipſum ſentire animæ maximè proprium opinantes, hoc autem ineſſe propter naturam ſanguinis.

14 Omnia enim elemẽnta iudicẽ acceperunt, præter terram, hanc autem nullus protulit,

15 niſi aliquis dixit ipſam ex omnibus elementis eſſe, aut omnia.

Tex. 33.

1 Definiunt autem omnes a-

20

eſt, animam tribus, vt ità dixerim, motu, ſenſu, ac ſubtilitate ab omnibus antiquis Philoſophis definitam eſſe, [2] atq; hæc omnia ad ipſa principia reduci. [3] Quapropter, & qui media cognitione animæ naturam inueſtigarunt, aut ipsã principia, aut ex principijs eſſe arbitrati ſunt. [4] Omnes enim preter vnum Anaxagoram ſimile ſimili cognoſci exiſtimarunt, ac proinde, [5] quia anima cognoſcit omnia, ex omnibus ipſam principijs conſtitutam eſſe dixerunt.

Quicumque [1] igitur vnicum ſtatuunt principium, animam ex vno conſtare principio dicunt, vt aere, aut igne. [2] Qui autem plura inuehunt principia, ex illis eſſe animam conflatam aiunt. [3] Solus Anaxagoras ab omnibus alijs diſſentit, intellectum impaſſibilem eſſe, & nihil prorſus cum cæteris habere commune affirmans. [4] Hæc autem cum ita ſe habeant, quomodo, & propter quam cauſam intellectus omnia cognoſcat, neque ille dixit, neque ex dictis colligi poteſt.

Porro, [1] quicumque rerum principia contraria ponunt, ex contrarijs quoque principijs animam conſtituunt. [2] Quicumque verò vnicam tantum contrarietatem eſſe dicunt, vt calorem, aut frigus, aut aliquid aliud huiuſmodi, ij ſimiliter & animam, vnum aliquod horum

nimam tribus, vt ità dixerimẽ motu, ſenſu, incorporeo.

2 Horum autem vnũ quodq; reducitur ad principia.

3 Vnde & ipſo cognoſcere definientes animam, aut elementum, aut ex elementis faciunt.

4 Dicentes ſimiliter inuicem præter vnum, dicunt enim ſimile cognoſci ſimili.

5 Quoniam enim anima omnia cognoſcit conſtituunt eã ex omnibus principijs.

Tex. 34.

1 Quicumq; igitur vnam aliquam dicunt cauſam, & elementum vnum, & animã vnã ponũt, vt ignem, aut aerem.

2 Qui verò plura dicunt principia, & animam plura dicũt.

3 Anaxagoras autẽ ſolus impaſſibilem eſſe dicit intellectum, & nihil commune vlli aliorum habere.

4 Huiuſmodi autem cum ſit, quomodo cognoſcit, & propter quam cauſam, neque ille dixit, neq; ex ijs, quæ dicta ſunt, conſpicuum eſt.

Tex. 35.

1 Quicumque autem contrarietates faciũt in principijs, & animam ex contrarijs conſtituunt.

2 Qui autem alterum cõtrariorum, vt calidum, aut frigidum, aut aliquid huiuſmodi aliud, & animam ſimiliter vnum aliquod horũ eſſe ponunt.

3 Vnde & nomina conſequuntur.
4 Qui quidem calidum dicẽtes propter hoc,& viuere nominatum eſſe.
5 Qui autem frigidum propter reſpirationem, & refrigerationem vocari animam.
6 Tradita igitur de anima, & propter quas cauſas dicunt ſic, hæc ſunt.

Tex. 36.
1 Conſiderandum autem primum quidem de motu.

2 Fortaſſis enim non ſolum falſum eſt ſubſtantiam ipſius huiuſmodi eſſe, qualem aiũt dicentes,animam eſſe ipſum ſeipſum mouens, aut potens mouere,
3 ſed vnum quoddam impoſſibilium eſt ineſſe ipſi motũ.
4 Quod igitur non neceſſe ſit mouens, & ipſum moueri, prius dictum eſt.

Tex. 37.
1 Dupliciter autẽ cũ moueatur omne,aut.n. ſecundũ alterum, aut ſecundũ ſeipſum.

eſſe affirmant. [3] Quapropter, & his appoſita aptãt nomina. [4] Nam qui rerum principium eſſe calidum putant, vitam quæ calore conſiſtit, eſſe animam dicũt. [5] Qui autem frigidum, reſpirationem, ac refrigerationem, quæ frigido contingit eſſe animam cenſent. [6] Hæc igitur ſunt, quæ de natura animæ ab antiquis tradita Philoſophis accepimus.

Iam ea reprobare, validiſque rationibus vrgere oportet.

Atque vt [1] aptum noſtræ diſputationis capiamus exordium, eorum prius examinanda ſententia eſt, qui medio motu eſſentiam animæ inueſtigantes, eã mouere dumtaxat arbitrati ſunt, cum aliquo ſe motu ciet. [2] Non enim ſolum falsum eſt, animæ ſubſtantiam in eo cõſiſtere, quod ſeipſam moueat, aut mouere poſſit,quemadmodũ veteres aiunt Philoſophi, [3] ſed impoſſibile omnino, & abſurdum cenſeo aliquem motũ ſuapte natura animæ competere. [4] Atq; id quidem, quo ſententiam hanc aſſerentes innituntur, nihil mouere poſſe, niſi proprio cieatur motu, neceſſarium non eſſe in ſuperioribus libris dictum fuit.

Hoc igitur omiſſo, ex ijs non eſſe animam, quæ per ſe mota mouent, probare enitendum eſt.

Dupliciter [1] autem omne quod mouetur, moueri contingit, aut per ſe,

aut

aut per accidens. 2 Per accidens moueri dicimus ea, quæ ex eo ſolum mouentur, quod ſint in alio quod mouetur, vt ij qui in naui ferũtur; 3 non enim perinde ac nauis, mouentur, ſed hæc quidẽ per ſe mouetur, illi autem per accidens, quatenus in naui ſunt, quæ fertur. 4 Hoc autem ex eo manifeſtum eſt, quod ratione ſuarum partium mouetur. Nã id per ſe moueri dicitur, quod ratione ſuarum partium mouetur, 5 pedes enim proprio ambulationis motu cientur, & ad ipſorum motum totum per ſe mouetur animal: 6 at qui in naui ſedentes feruntur, nullius ratione partis mouẽtur, ſed eò ſolum quod exiſtunt in naui, quę ventorum impulſu defertur, quare non per ſe, ſed per accidens tantummodo mouentur.

Iam 1 cum id quod mouetur, vt diximus dupliciter moueri dicatur, conſiderandum eſt, vtrum anima per ſe moueri, ac proprium ſuſcipere motũ queat. 2 Primò igitur motus quatuor cum ſint, latio, alteratio, auctio, & decretio, aut ſecundum vnum horum motuum mouebitur anima, aut ſecundum plures, aut ſecundum omnes. 3 Atq; ſi non ſecundum accidens mouetur, ipſi motus ſuapte natura, & per ſe cõueniet. 4 Quare proprium animæ locum tribuere neceſſe erit; 5 quandoquidem omnes aſſignati

2 Secundũ alterũ autem dicimus quęcunq; mouentur, eò quod in eo ſunt quod mouetur, vt nautæ.

3 Non enim ſimiliter mouentur naui: hæc enim ſecundũ ſeipſam mouetur, illi autem eò quod ſunt in eo, quod mouetur.

4 Manifeſtum autem in partibus eſt.

5 Proprius enim motus pedũ ambulatio eſt, hæc autem & hominum eſt.

6 Non ineſt autẽ nautis tunc.

Tex. 38.

1 Dupliciter itaque dicto ipſo moueri, nunc intendimus de anima, ſi per ſeipſam mouetur, & participat motu.

2 Quatuor autem motus cũ ſint, latio, alteratio, augumẽtum, & decrementum, aut ſecundum vnum horum mouebitur, aut ſecundum plures, aut ſecundum omnes.

3 Si verò mouetur non ſecundum accidens, natura inerit motus ipſi.

4 Si autem hoc, & locus.

5 Omnes enim dicti motus in loco ſunt.

gnati

gnati motus, [4] aut ratione ſubiecti in quo ſunt, aut ratione lationis, quam adnexam habent, in aliquo neceſſario inſint loco. At animam in loco per ſe exiſtere falſum eſt, ergò proprium, & per ſe motum animæ competere impoſſibile eſt. Certum verò eſſe videtur animam, quia corporis animati forma eſt, in materia quidẽ, minimè autem in loco per ſe exiſtere.

Sed proprium animæ locum, ſi per ſe moueatur, concedendum eſſe, vlterius probari poteſt.

Nam [1] ſi ſubſtantia animæ eſt ſeipſam mouere, non ipſi per accidens moueri, vt albo, & tricubito inerit. [2] Hæc enim per accidens mouentur, quatenus in corpore inſunt, quod mouetur: vnde nullum ſibi vendicant locum. [3] At anima per ſe, & ſuapte natura mouetur, quare proprium, & per ſe locum habebit.

Secundo ſi [1] anima per ſe, ac natura mouetur, vi quoque moueri poteſt, & ſi vi mouetur, & natura moueri poteſt; quodcumque enim ſuapte natura mouetur, poſſe motum violentia pati neceſſe eſt [a] ſi nullum corpus naturaliter motum, niſi quatuor elementa ex antiquorum ſententia ponamus. [2] Idem autem de quiete poſſumus dicere. Nam ſi anima natura mouetur, & natura quieſcere

a Simplicius s. Tb.

Tex. 39.

1 Si autem eſt ſubſtantia animæ ſeipſam mouere, non ſecundum accidens, ipſam moueri ipſi inerit ſicut albo, vel tricubito.

2 Mouentur enim & hæc, ſed ſecũdum accidens, cui enim inſũt, mouetur illud corpus: vndè non eſt locus ipſorum.

3 Animæ autem erit ſiquidẽ natura motu participat.

Tex 40.

1 Amplius autẽ ſi natura mouetur, & violentia mouebitur, & ſi violentia, & natura.

a S. Thomas.

2 Eodem autem modo ſe habet & de quiete; in quod n. mouetur natura, & quieſcit in hoc natura: in quod autẽ violentia mouetur, quieſcit & in hoc violentia.

ſcere poteſt, & ſi vi mouetur, vi quoq; poteſt quieſcere. At impoſſibile eſt animam violentia moueri, & quieſcere; [3] neque enim etiam fingere volentes facile explicare poſſumus, quales violenti motus, & quietes animæ conuenire poſſint, [b] cum idem ſuapte natura contrarijs, aduerſantibuſque motibus cieri nequeat, impoſſibile ergò erit animā per ſe, ac natura moueri. Tertio ſi anima per ſe mouetur, aut ſurſum mouetur; aut deorſum, ſequitur enim elementorum motum, ex quibus conflata eſt: 4 & ſi quidem ſurſum mouetur, ignis erit, ſi verò deorſum, terra: 5 his enim corporibus hi motus conueniunt. 6 Et eadem ratio eſt de corporibus medijs. At impoſſibile eſt animam aliquod vnum ex elementis eſſe, quia ſic vno tantum cieretur motu, cum ad omnes tamen partes eam moueri cōtingat, animam ergò vllo motu per ſe moueri impoſſibile eſt.

Quartò ſi 1 anima ex eo quod mouetur, corpus mouet, [a] conſentaneum eſt eodem genere motu mouere corpus, quo ipſa mouetur, & è conuerſo eodē ipſam cieri motu, quo ipſum ciet corpus. 2 At corpus ſecundum locum totaliter, aut partialiter mouetur, 3 ergò etiam anima ſecundum ſe totam, vel ſecundum aliquam partem locum mutare debe-

3 Quales autem violenti motus animæ erunt, & quietes, neq; fingere volentibus facile eſt reddere.

b Themiſtius.

4 Amplius autem ſi quidem ſurſum mouetur, ignis erit, ſi verò deorſum, terra.

5 Horum autem corporum motus hi.

6 Eadem autem ratio & de medijs.

a Auerroes.

Tex. 41.

1 Præterea quoniam videtur mouere corpus, rationabile eſt ijs mouere motibus, quibus & ipſa mouetur: ſi autē hoc, & conuertentibus eſt dicere verum, quod ſecundum quem corpus mouetur, eo, ipſa.

a Themiſtius.

2 Corpus autem mouetur ſecundum lationem.

3 Quare & anima mouebi-

tur, ſicut corpus, aut tota, aut ſecundum partes tranſlata.

4 Si autem hoc, & egreſſam iterum ingredi continget.

b Themiſtius. S. Th.

5 Ad hoc autem ſequetur, vt reſurgant mortua animaliũ.

debebit. [4] Hoc autem ſi fieri poteſt, [b] aliquando animam è corpore egredi, ipſumque rurſus ingredi continget, cũ in corpore, vt in loco, inſit anima, quod mutare quidem, ſi mouetur neceſſe eſt. [5] Hac verò commigratione & mortua animalia reuiuiſcere, ac reſurgere poterunt, quod tamen abſque maximò abſurdo concedere non licet. Quare anima non ex eò quod proprio cieatur motu, ipſum mouebit corpus.

Tex 42.

1 Motu autem ſecundum accidens etiam ab altero moueretur.

2 Pelleretur enim vtique violentia animal.

3 Non oportet autem cui à ſeipſo moueri ineſt in ſubſtãtia, hoc ab alio moueri, niſi ſecundum accidens.

Quinto non [1] ex eo ſolum per accidens aliquid mouetur, quod in eo inſit, in quo per ſe ſit motus, ſed etiam quod ab alio ſuſcipiat motum. [2] Cum enim vi pellitur animal, ab alio vi per accidens moueri dicitur. [3] Iam cui per ſe, ac eſſentialiter motus conuenit, ab alio motum recipere nequit, ſed ab alio ſolum moueri poterit, ſi ei per accidens, minimè autem per ſe competat motus. At anima ab alio mouetur, pulſo enim corpore, & ipſa quoque pellitur, ergò animæ ſecundum propriam eſſentiam, ac ſubſtantiam moueri non ineſt, quemadmodum Antiquorum ſtatuebat ſententia. Manifeſta maior eſt, [4] nam id quod per ſe, aut propter ſeipſum bonum eſt, nec per aliud, nec alterius gratia bonum eſſe poteſt, eadem ergò ratione eò motu, quo aliquid per ſe mouetur, ab alio haud quaquam moueri contingit.

4 Sicut neque quod ſecundũ ſe bonum, aut propter ſeipſum quidẽ propter aliud eſſe, hoc autem alterius cauſa.

Nec

5 Nec verò quis dicat animam à ſenſibilibus obiectis eam excitantibus moueri. Nam hoc aliud fortaſſe genus motus ab eo eſt, de quo in præſentia loquimur.

1 Sextò, & 1 vltimò, ſi anima interno, ac proprio conſiſtat motu, a ſecundum eſſentiam, ac ſubſtantiam mouebitur: 2 at id, quod ſecundum aliquam formā per ſe mouetur, ab ea re moueri, atque ſeiungi oportet, quemadmodum id, quod in loco mouetur, ipſum derelinquit, ac deſerit, 3 ergò anima à propria ſubſtantia exibit, atque recedet, niſi motu ad accidens terminato cieatur, quod eius conſequatur eſſentiam. 4 Sed motum per ſe in animæ ſubſtantia fieri, ipſamque reſpicere, quos noſtra hæc vrget diſputatio aiunt Philoſophi. Quapropter ſi id fatuum aſſerere iudicemus, animæ eſſentiæ, ac ſubſtantiæ motum competere non poſſe dicamus oportet.

Iam antiquorum opiniones a de motu animæ communiter acceptas reprobare conati ſumus. Nunc determinatas quorundam vrgere ſententias neceſſe eſt.

1 Quidam ergò aſſerunt animam id corpus in quo eſt, eodem mouere modo, quo & ipſa mouetur 2 vt Democritus cum Philippo comędiarum magiſtro conſentiens. 3 Hic enim Dædalum ait

E Ve-

5 Animæ autem maximè dicet aliquis vtique à ſenſibilibus moueri, ſiquidem mouetur.

Tex 43.

1 At verò & ſi mouet ipſa ſeipſam, & ipſa mouebitur vtique.

2 Quare quoniam omnis motus remotio eſt eius quod mouetur, ſecundum quod mouetur,

a *Auerroes Themiſtius Simplicius.*

3 & anima remouebitur vtique à ſubſtantia, niſi ſecundum accidens ſeipſam moueat.

4 Sed eſt motus ſubſtantiæ ipſius per ſe.

a *S. Thomas.*

Tex. 44.

1 Quidam autem & mouere animas dicunt corpus, in quo eſt, ſicut ipſa mouetur;

2 vt Democritus ſimiliter dicens Philippo comœdiarum magiſtro.

3 Refert enim Dędalum mo-

Venerem ligneam confeciſſe, quæ fuſili argento infuſo agitaret ſe, ac moueret. 4 Similiter autē & Democritus cenſet, indiuiſibiles pilas ex quibus componitur anima; propterea quod ſuapte natura inceſſabili, ac perpetuo agitantur motu, ipſum trahere corpus, ac mouete aptas eſſe. 5 Sed quæri à Democrito poteſt, vtrum indiuiſibiles pilæ, quæ animatum mouent corpus, ipſum quoque ſtare, & quieſcere faciant. 6 At difficile, & impoſſibile eſt explicare quomodo quieſcentes nunquam pilæ in ipſo animali quietem, ac ſtatum efficere poſſint. 7 Præterea motus, a quo fuſile argentum ſtatuam mouet haud quaquā naturalis eſt, ſed violentus, anima verò motu voluntatis, ac intellectus imperio elicito ſuapte natura proprium ciet corpus, quare non eodem modo, & animo corpus, & fuſile argentum ſtatuam mouet.

bilē feciſſe ligneam Venerē infundēdo argentum fuſile.

4 Similiter autem & Democritus dicit; motus .n. inquit indiuiſibiles ſphæras, propterea quod aptæ natę ſunt nunquam manere, contrahere, & mouere corpus omne.

5 Nos autē interrogabimus, ſi & quieſcere facit hoc idē.

6 Quomodo autē faciet, hoc difficile eſt, aut etiam impoſſibile dicere.

7 Omnino autem non ſi videtur anima mouere animal, ſed per electionē quandam, & intellectionem.

a *S. Thomas Auerrois.*

Simili 1 modo in Thimeo oſtendit Plato animā corpus mouere. 2 Ex eo enim quod ipſa mouetur, corpori adnexam, & alligatam raptu quodam ferre, ac mouere corpus cenſet. 3 Sed minimè cum Democrito ſentiens Plato ait, Mundi animam, de qua in præſentia loquitur, ex elementis, ſeu numeris harmoniacā habentibus proportionem conſtitutam eſſe, 4 vt & ea, quæ requiſita ſunt harmonia,

Tex. 45.

1 Eodem autem modo & Timæus naturaliter oſtēdit animam mouere corpus.

2 Eo enim quod mouetur ipſa & corpus mouere, propterea quod connexa eſt ipſum.

3 Conſtitutam enim ex elementis, & diſpartitam ſecundum harmonicos numeros,

4 quatenus connaturalē ſen ſum harmoniæ habeat,

monia, ac proportione prædita cognoſcat, 5 & corporum cœleſtium machina ob motum, quo ab anima rapitur, & circumagitur modulatos, & harmonicos edere ſonos, ac proferre queat. 6 Vnde animam efficere Opifex Mundi ſtatuens, ipſam in rectum protenſam coegit, atque in circulum flexit. 7 Et cum vnum in duos diuiſiſſet circulos duobus in punctis coniunctos, rurſus in ſeptem orbes diuiſit, Cœli motibus eos, quibus anima cietur motus adaptans.

Sed quæ in hac ſententia inuoluit Plato falſa, & abſurda eſſe iudico.

Primò 1 igitur nō rectè dicit animam magnitudinem eſſe. 2 Atque aduertere neceſſe eſt, de ſola mundi anima quæ intellectiua eſt, Platonem loqui. 3 Neque enim de anima ſenſitiua loquitur, quarum motus minimè conuerſio eſt.

Iam 1 verò intellectus vnus eſt, & continuus, perinde, ac intellectio, cum potentia actus naturā ſequatur, 2 actus verò ab obiecto quod percipit anima, ſpeciem, ac vnitatem habet: ex quo fit intellectionis, atque intelligibilis obiecti eandem ferè vnitatem eſſe. 3 At obiecta intelligibilia, quoniam ab intellectu cognita ſeſe deinceps ſequuntur, non vti magnitudo, & continuum, ſed vti numerus vnum ſunt. 4 Quare nec intellectus hoc pacto continuus videtur, ſed aut

5 & vt totum feratur conſonantibus lationibus,

6 rectitudinem in circulum flexit.

7 Et cum diuidendo fecit ex vno duos circulos dupliciter connexos, iterum vnum diuiſit in ſeptem circulos, tanquam eſſent cæli lationes animæ motus.

Tex 46.

1 Primum igitur non bene eſt dicere, animam magnitudinem eſſe.

2 Eam enim quæ vniuerſi, talem eſſe vult, qualis eſt vocatus intellectus.

3 Non enim qualis ſenſitiua eſt, neque qualis deſideratiua: harum enim motus non circulatio.

Tex 47.

1 Intellectus autem vnus, & continuus eſt, ſicut & intellectio.

2 Intellectio autem ipſæ notiones.

3 Hæ autem eo quod conſequenter vnum, ſicut numerus, ſed nō ſicut magnitudo.

4 Quapropter neque intellectus ſic continuus eſt, ſed aut impers, aut non ſicut magni-

Digitized by Google

tudo aliqua continuus.

5 Qualiter enim intelliget, magnitudo cum ſit, qualibet parte ſua?

6 Parte autem aut ſecundum magnitudinem, aut ſecundum punctum,

7 (ſi oportet & hoc partem dicere)

8 Si igitur ſecundũ punctum,

9 hæc autem infinita, manifeſtum eſt quod nunquã pertranſibit.

10 Si verò ſecundum magnitudinem, ſæpe, aut infinities intelliget idem.

11 Videtur autem & ſemel contingere.

12 Si autem ſufficiat qualibet partium tangere, quid oportet circulo moueri, aut etiam omnino magnitudinẽ habere?

Tex. 48.

a Amplius quomodo intelliget partibile imperti, aut impertibili?

a *Themiſtius. Simplicius Philoponus.*

aut partium omnino expers, aut continuus perinde, ac numerus eſt. 5 Secundò ſi intellectus magnitudo ſit, quæ cõtactu quodam, & acceſſu ad obiecta intelligat, quo pacto hæc fieri intellectio poſſit, explicatu eſſe difficile arbitror. Nam aut intellectus totus obiectum tangendo intelligit, aut ſingulis partibus. Si totus ad quid erunt partes? Si partibus, aut pluribus, aut vnica dumtaxat. Si vnica ſolũ, quid facient aliæ? 6 Si pluribus, aut indiuiduis, aut magnitudinem habentibus 7 (ſi modo partes rei indiuiduæ poſſint eſſe). 8 Et quidem ſi intellectus indiuiduis partibus tangat obiectum, 9 quoniam hæ infinitæ ſunt, pertranſiri nunquam poterunt, ac proinde nunquam perficietur intellectio. 10 Si verò partibus magnitudinẽ habentibus, quæuis earum infinitas nacta partes, ſæpè idem, atque infinities intelliget, 11 cum idem tamen obiectum ſemel intelligi ſufficiat. 12 Quoniam igitur intellectum qualibet partiũ tangere obiectum ſatis eſt, neceſſe non erit intellectum, vt tangat obiecta, in circulũ moueri, aut aliquam prorſus magnitudinem habere.

Tertiò aut 1 intellectus a diuiſibilis eſt, aut indiuiſibilis. Si indiuiſibilis, quomodo obiecta diuiſibilia tanget, iiſque poterit adaptari? Si diuiſibilis, quomodo

do indiuiſibilia tãget obiecta? Cum igitur intellectus ſuapte natura omnia intelligat, haud quaquam magnitudo erit, quæ tangendo obiectum intellectionem perficiat. [2] Quartò ſi intellectus circulus eſt, [b] atque intellectus quidem motus intellectio, circuli autem conuerſio dicitur, & intellectio conuerſio erit, & intellectus vtique circulus, cuius conuerſio intellectio eſt. [3] At ſi ita res habet, quoniam perpetua conuerſio eſt, & principio, ac fine caret, perpetua quoq; intellectio, atq; indeficiens ſuapte natura erit. Quod tamen abſurdũ eſſe clariſſime oſtendi poteſt. Nam omnis intellectio, vel practica, vel ſpeculatiua eſt. Has verò intellectiones ſuis terminis cõcluſas eſſe oportet. [4] Etenim practica intellectio ad opus tanquã ad proprium terminum, ac finem tendit, nec vlterius progreditur, [5] contemplatiua autem definitione, aut demonſtratione terminatur. [6] Et demonſtratio quidem à certis ac determinatis dependens principis in illato ſyllogiſmo, aut concluſione tanquam in proprio adepto fine quieſcit. [7] Quod ſi quis dicat nõ eſſe terminatam demonſtrationem, ſed ex vna concluſione aliam deduci poſſe, [8] certò ſciat circulares non eſſe demonſtrationes, atque in ſuum principium haud quaquam reflecti, [9] ſed medium, exre-

2 Neceſſarium autem eſt intellectum eſſe circulum hũc intellectus enim motus intelectio, circuli autem circumlatio. Si ergò intellectio, circumlatio, & intellectus vtiq; erit circulus, cuius huiuſmodi circumlatio intellectio.

b. S. Thomas.

3 Semper autem aliquid intelliget, ſiquidem perpetua circumlatio.

4 Actiuarũ enim intellectionum termini ſunt; omnes.n. alterius cauſa ſunt.

5 Speculatiuę autem rationibus terminantur ſimiliter: ratio autẽ omnis definitio eſt, aut demonſtratio.

6 Demonſtrationes verò & à principio ſunt, & habent quodammodo finem ſyllogiſmum, aut concluſionem.

7 Si autem non terminantur,

8 ſed non reflectuntur iterũ in principium,

9 accipientes autem ſemper

extremùmque ſemper ſumentes rectà proficiſci: [10] cum illud certum quoque ſit motum, ſi in rectum procedat infinitum eſſe non poſſe, ſed terminũ aliquando nãciſci. [11] Omnis verò definitio proprium terminum, ac finem habet, cum & ſupremum inuenire genus, & vltimã aſſequi differentiam liceat. Quoniam igitur omnis intellectio terminata eſt, ſuiſque finibus concluſa, circularem eſſe non poſſe manifeſtum eſt. [12] Quinto in conuerſione [c] vnum, & eundem motũ ſæpe redire cõtingit. Si ergò intellectio conuerſio eſt, eadem ſæpè intellectio eiuſdem obiecti redibit. Quod tamen abſurdum eſſe certiſſima experientia cõſtat. [13] Sexto intellectio quieti magis, & ſtatui, quam motui ſimilis eſſe videtur: nam quieſcendo fit homo ſapiens, ac prudens. [14] Et eodem modo ſyllogiſmus in quiete magis, quam in motu cõſiſtit, facto enim ſyllogiſmo, quæ fluctuabat mens determinatæ iam concluſioni adhæret. Quare intellectio, nec motus, nec conuerſio eſt.

Vltimò [1] animæ beatitudo in naturali eius operatione conſiſtit, quæ & facillime, & abſque violentia fieri poſſit. [2] Motus verò circulatio, nec animæ ſubſtantiam cõſtituit, nec ipſi naturalis eſt, ſed eo præter naturam anima cietur, cũ omni prorſus fine, ac termino careat,

quare

medium, & extremitaté recte procedunt.

10 Circumlatio autem iterũ in principium reflectitur.

11 Definitiones enim omnes finitæ ſunt.

12 Amplius autem, ſi eadem circumlatio ſæpè fiat oportebit ſæpè intelligere idem.

c S. Th. Auerroes.

13 Adhuc autem & intellectio aſſimilatur cuidam quieti, & ſtatui magis, quam motui.

14 Eodem autem modo & ſyllogiſmus.

Tex. 49.

1 At verò neq; beatum quod non facile, ſed violentum.

2 Si autem eſt motus ipſius non ſubſtantia, præter naturam vtiq; mouebitur.

quare in hoc motu animæ beatitudo cõſiſtere nequit: At anima ob ſolam intellectionem propriam aſſequitur beatitudinem, non igitur intellectio circularis erit motus. Sed illa quoque Platonis aſſertio abſurda mihi eſſe videtur, a qua animam ſuis numeris completam corpori adiungi, ac miſceri putat. Nam quæcumq; res perfecta, & completa, ſi propriam amittat operationem, maximè laborat, ac patitur. At anima vnita corpori eam amittit operationem, qua ante vnionem cum corpore fruebatur: Etenim animam in hoc terreno carcere incluſam perfectam operationẽ edere poſſe negat Plato. 3 Quare maximum laborem patitur anima, cum ita in corpore detinetur, vt ab eo diuelli, ac diſiungi nequeat. 4 Atq; hanc proinde vnionem abhorrere, ac fugere maximè deberet; 5 quandoquidem intellectus delectabilem magis, ac beatiorem vitam agat, cum à corpore ſeiunctus, ac ſeparatus eſt, vt plerique ſenſerunt Veteres, & non pauci hac tempeſtate comprobant. Hæc igitur ſi ita ſe habent, animam ſuis numeris abſolutam corpori adiungi, vt vitales ſolum aliquas operationes edere valeat, abſurdum, & impoſſibile eſſe manifeſtum eſt.

1 Præterea, cum ex Platonis ſententia immanifeſta ſit cauſa, ob quam cœlum con-

a *Themiſtius.*

3 Laborioſum autem eſt, & commixtum eſſe corpori nõ potens abſolui.

4 Et præterea fugiendum.

5 ſiquidem melius eſt intellectui non cum corpore eſſe, quemadmodum & conſuetũ eſt dici, & multis placet.

Tex. 50.

1 Immanifeſta autem eſt, & cur circulariter fertur cœlũ, cauſa.

conuerſionis agitetur motu, abſque ratione Mundi animam cęleſti corpori adnexam, & cum eo rotari ſimul, ac circumagi dicitur. [2] Nam animæ ſubſtantia cauſa eſſe nequit, ob quam in circulum feratur cęlum, propterea quod ipſa peraccidens tantũmodo circulari cieatur motu. Eſt enim prius anima ſuapte natura in rectum protenſa, poſtea verò quaſi extrinſece in circulum flexa, vt modnlatos, & conſonantes edere motus queat. [3] Neque etiam cœleſte corpus huius cauſa motus eſt, cum motus corporis proprios anima potius, quam ipſum efficiat corpus. Quare cauſa manifeſta non eſt, ob quam cœlo motum circularem ineſſe contingat. [4] At verò nec aliquis dicat animam ita mouere cęlum, ſicut ipſa mouetur, atque eam in circulum ferri, quia ſit melius ipſi moueri, quam ſtare, & circulari potius, quam alio cieri motu, itàque à Deo procreatam eſſe, vt eodem motu, quo ipſa mouetur, cœleſte quoque ferret corpus. Nam ſi melius eſt ſic animæ, & cœlo mõueri, huius etiam cauſa aſſignanda erat. [5] Sed quoniam [a] reddere cauſam, ob quam cœlum in circulum feratur, ad aliam magis tractationem ſpectat, dimittenda in præſentia eſt. Illud [1] autem abſurdum accidere videtur, non modo ſententiæ, quam tue-

2 Neque enim animæ ſubſtantia cauſa eſt, cur circulariter fertur, ſed ſecundum accidens ſic mouetur.

3 Neque corpus cauſa, ſed anima magis illi.

4 At verò neq; quod melius dicitur, & tamen oportebat propter hoc Deũ facere circulariter ferri animam, quia melius ſit ipſi moueri, quam manere, moueri autem ſic, quam aliter.

5 Qnoniam autem huiuſmodi ĩtẽtio eſt alijs rationibus magis propria, hanc quidem dimittamus nunc.

a S. Thomas.

Tex. 51.

1 Illud autem inconueniens accidit & huic rationi, &

tur Plato, ſed pluribus etiam alijs, quas de anima protulerunt Antiqui, [a] quod corpori nectentes animam, eamque in ipſo collocantes, nullam reddunt cauſam, quare in corpore inſit anima, nec corpus quomodo affectum, ac diſpoſitum eſſe debeat ad eam ſuſcipiendam exponunt.

[1] Hæc [1] autem declarare, ac determinare neceſſe erat. [2] Nam inter agens, ac patiens, & mouens, ac motum proportio aliqua, & communio eſſe debet, ob quam & hoc quidem agat, illud autem patiatur, & hoc moueat, illud autem moueatur: [3] neq; enim quodlibet agēs, aut mouens caſu, ac temere quodcumque mouere, ac tranſmutare ſubiectum poteſt, ſed omnis actio à determinato agente in certum, ac prædefinitũ ſubiectum prouenit. Quamobrē neceſſe vtiq; erat explicare, quæ anima cui corpori vniri, ac iungi deberet.

[a] At [1] veteres in natura animæ demonſtranda laborantes, de corpore ſuſceptiuo nihil penitus dicunt, [2] rati fortaſſe, vt Pythagoricæ aiunt fabulæ, occurrentem, incidentemq; animam ſine vllo diſcrimine occurrens, & incidens poſſe ingredi corpus. [3] Hoc verò ſimile portento eſt, [2] perinde, ac ſi quis artem fabrilem tibijs vti dicat. [4] Quemadmodũ enim ars ijs tantummodo inſtrumentis

vtitur,

pluribus, quæ de anima.

[a] Copulant enim, & ponunt in corpus animam, nihil vltra determinantes propter quam cauſam, & quomodo habente corpore.

Tex. 52.

1 Et tamen videtur hoc vtiq; neceſſarium eſſe.

2 Propter communionē enim hoc quidem agit, illud autē patitur, & hoc quidem mouet, illud autem mouetur.

3 Horum autē nihil ineſt ad inuicem quibuſcumque.

Tex. 53.

1 Hi autem ſolum conantur dicere quale quid ſit anima, de ſuſceptiuo autem corpore nihil amplius determināt.

2 Tanquam poſſibile ſit ſecũdum Pythagoricas fabulas quamlibet corpus ingredi.

3 Similiter itaq; dicunt, atq; ſi quis dicat Tectonicam in fiſtulas ingredi.

a. Simplicius Philoponus.

4 Oportet enim artem quidē vti inſtrumentis,

vtitur, quibus intentum perficere opus queat, [5] ita & anima proprio dumtaxat, ac determinato adiungi corpori, vt eas quæ ſibi cõpetunt operationes edat, neceſſe eſt.

Sed [1] alia quædam opinio de anima tradita eſt, quæ & multos ſectatores habet, & non minorẽ ijs, quas ſupra commemorauimus veritatem cõtinet, [2] pluribus [a] tamen rationibus in colloquijs, quos ad communem vtilitatem iactauimus reprobata. [3] Etenim corpora ex contrarijs elementis ad quandam temperiem, ac mediocritatem redactis eſſe compoſita exiſtimantes, atque rationẽ, & harmoniã eſſe, quæ inter ſe pugnantia elementa certam proportionem, ac temperiem nacta contineat, animam qua humanũ eſt, ac viuit corpus, quandam eſſe contrariorum elementorum vnionem, & harmoniam cenſent.

Primò igitur [1] vt hanc redarguamus ſententiam, [a] harmonia ratio, & proportio eſt, aut ex contrariorum elementorum mixtione conſurgens, aut ex eorumdem compoſitione reſultans: [2] at neutrum eſſe animam poſſibile eſt, cum harmonia ſit accidens, anima verò ſubſtantia, quare anima haud quaquam harmonia eſſe videtur.

[3] Secundo anima ex communi omnium ſententia ſuapte natura mouet: at harmo-

5 animum autem corpore.

Tex 54.

1 Alia autem quædam opinio tradita eſt de anima, credibilis quidem multis, & nulli inferior earum quæ dictæ ſunt,

2 rationibus tamen quaſi pęnis afflicta & in ijs qui in cõmuni fiunt, ſermonibus.

a Philoponus.

3 Harmoniam enim quandã ipſam dicunt: etenim harmoniam temperamentum, & cõpoſitionem eſſe contrariorũ, & corpus componi ex contrarijs.

Tex 55.

1 Atqui harmonia ratio quędam commixtorum eſt, aut compoſitio.

a Auerroes, S. Th.

2 Animam autem neutrum poſſibile eſt eſſe horum.

3 Amplius autem mouere nõ eſt harmoniæ: animæ autem attribuat hoc omnes.

harmoniæ proprium mouere non eſt; ſiquidem alteratis, ac tranſmutatis contrarijs, perinde ac motis chordis, edentibuſque ſonum exiſtit, ergò anima elementorum ratio, & harmonia eſſe nequit.

Tertio per [1] cognitionem harmoniæ [a] accidentia nobis corporum magis, quam animæ innoteſcunt. Temperata enim qualitatum, & humorum complexione cognita perſpectam ſanitatis naturam habemus, & ſic in alijs affectionibus corporis accidit. [2] At per cognitionem harmoniæ operationes animæ, eiuſque accidentia difficile cognoſcere poſſumus. [3] Cuius enim harmoniæ erit ſentire, & cuius amare, atque intelligere? Non igitur anima harmonia eſſe poteſt, nam id animam ſtatuere debemus, quo eius operationum, & accidentium cognitionem facile aſſequi valemus.

[1] Quarto harmonia duplex eſt, alia quidem maximè propria, quæ in compoſitis, & poſitionem, ac motum habentibus in eſt; quorum partes [a] ita ſimul iunctæ, & colligatæ ſunt, vt nihil eiuſdem generis intercedat: Sic verò & perfecta lapidum, ac lignorum in domo conſtruenda compoſitio, & omnium, quæ artificioſo inter ſe applicatu committuntur, atque iunguntur connexio communi conſenſu harmonia dicitur.

Tex 56.

1 Congruit autem magie de ſanitate dicere harmoniam, & omnino de corporeis virtutibus, quam de anima.

a S Thomas, Auerroes.

2 Manifeſtum autẽ ſi quis tentauerit reddere paſſiones, & opera animę harmonia quadam.

3 Difficile enim harmonice coaptare.

Tex. 55.

1 Amplius autem ſi dicamus harmoniam in duo reſpicientes, maximè quidem proprie magnitudinum in habentibus motum, & poſitionem cõpoſitionem ipſarum, cum ſic congruunt, vt nihil eiuſdẽ generis ſuſcipiant.

a Simplicius Themiſtius.

[a] Hinc autem & eorum quæ commiſcentur, rationem.
[b] *Simplicius S. Thomas.*

[3] Neutro vtiq; modo rationabile.

[4] Compoſito autem partium corporis multum inueſtigabilis exiſtit; multæ enim ſũt compoſitiones partium, & multipliciter.
[c] *S. Thomas.*

[5] Cuius igitur, & quomodo congruit accipere intellectũ compoſitionem eſſe, aut & ſenſitiuum, aut appetitiuum?

Tex. 58.
[1] Similiter autem & inconueniens & rationem mixtionis eſſe animam.

[2] Non enim eandem habet rationem mixtio elementorum, ſecundum quam caro, & ſecundum quam os.

[3] Accidet igitur & multas animas habere, & ſecundum totum corpus.

[2] Alia autem harmonia [b] ſimilitudine quadam in eorum proportionem flectitur, quæ perfectam alterata, ac refracta mixtionem patiuntur. [3] Iam verò quam ex his harmonijs animam cenſere oportet? Certè anima eſſe nequaquam harmonia poteſt, quæ ex partium compoſitione reſultet. [4] Nam partium [c] in corpore exiſtens ordo valdè manifeſtus eſt, facile enim quomodo oſſibus oſſa, neruis nerui, aliæque alijs iungantur partibus aſſequi poſſumus. At ratio qua ſimul partes animæ aptentur nobis incognita eſt. [5] Scire enim quo pacto ſimul ſenſus, & appetitus adnectantur, & congruant difficilem contemplationẽ habet. Quare animam impoſſibile eſt harmoniam eſſe, quæ ex partium compoſitione reſultet.

Nec [1] verò arbitrandum eſt animam rationem, & harmoniam eſſe, quæ ex perfecta contrariorum mixtione conſurgat. Nam in diuerſis corporis partibus, diuerſa elementorum proportio ineſt, [2] alia enim proportio eſt ſecundum quam ex elementis componitur caro, alia verò ſecundum quam os, nerui, & aliæ conſtant partes. [3] Si igitur anima elementorum proportio eſt, & plures in corpore animato inerunt animæ ob varias in eo elemẽtorum inexiſtentes mixtiones, & vnumquodque mixtum corpus

pus anima præditum erit. 4 ſiquidem omnia corpora ex permixtis elementis certam habentibus proportionem conſtant, 5 mixtionis autem ratio harmonia eſt, quã eſſe animam dicunt. Vtrũq; verò abſurdum eſſe, nemo eſt qui non videat. Quare animam eſſe rerum compoſitarum, ſiue mixtarum harmoniam impoſſibile eſt.

Sed 1 quiſpiam & ab Empedocle qui ſingulas corporis partes propriam eſſe nactas rationem, & proportionem cenſet, non iniuria poteſt quærere, 2 vtrũ mixtionis ratio, & proportio ſit anima, an potius aliquid aliud, quod membris certa proportione aſtrictis accidat? 3 Præterea vtrum concordia, quam rerum generationis cauſam eſſe arbitratur, cuiuſuis temerariæ ſit mixtionis cauſa, an eius, quæ certa ratione, ac proportione conſtet? 4 Et denique vtrum concordia hæc ipſa ſit ratio, & proportio, an aliquid ab ea diuerſum? 5 Atq; his quæſitis ſententiam Empedoclis vrgere poſſumus, quibus, vt ex dictis patet, difficile admodum reſponderi poteſt.

Sed verò hæc opinio, vt diximus, & probabilis eſſe, & veriſimilis videtur.

Nam 1 ſi anima diuerſum quid à mixtione ſit, qua de cauſa carnis, & oſſis, aliarumque partium temperie, ac propor-

4 ſiquidem omnia ex elemẽtis commixtis ſunt,

4 commixtionis autem ratio harmonia eſt, & anima.

Tex 59.

1 Poſtulabit autem hoc vtiq; aliquis & ab Empedocle, vnũquamq; enim ipſarum in ratione quadam dicit eſſe.

2 Vtrum igitur ratio ipſa anima eſt, an magis aliquid aliud exiſtens gignitur in membris?

3 Amplius autem vtrum concordia cuiuslibet mixtionis cauſa, an eius, quæ ſecundũ rationem?

4 Et hæc vtrũ ratio eſt an aliquid aliud præter rationem?

5 Hæc igitur habent huiuſmodi dubitationes.

Tex. 60.

1 Si igitur aliud à mixtione anima, cur nam vnà cum ipſo carnis eſſe, & aliarum partium animalis tollitur?

portione ſoluta, ipſa quoque interit; ac deficit anima? [3] Præterea ſi anima, nec partis cuiuslibet mixtionis ratio, nec totius compoſitionis proportio eſt, cur deficiente, abeunteque anima tempe-ries, ac mixtio ſoluitur, quam corpo-ris harmoniam vocant? Certè ſi mix-tione corrupta occidit anima, & com-migrante anima diſſipatur mixtio, idem prorſus & anima, & mixtio elemento-rum eſſe videntur.

Ex his [1] igitur, quæ dicta ſunt, ma-nifeſtum eſt animam, nec harmoniam eſſe, nec in circulũ moueri poſſe. [2] Sed per accidens tantummodo anima, cum proprium mouet corpus, ſeipſam quoq; mouet. [3] Alio autem modo fieri nequit vt ipſa motu ad locum cieatur.

At verò [1] potiori iure de motu ani-mæ dubitabit aliquis ad eius reſpiciens operationes, quam antiquorum iam di-ctis rationibus vtens. [2] Dicimus enim animam triſtari, gaudere, confidere, ac timere, amplius autem iraſci, ſentire, & cogitare, [3] quæ quidem omnia mo-tus eſſe videntur. [4] Quapropter ipſam aliquis moueri exiſtimabit.

Verum [1] neque hęc adducere nos po-teſt ratio, vt moueri animam dicamus. [2] Nam etſi has operationes triſtari, gau-dere, & cogitare, motus eſſe conceda-mus, & vnumquodque has affectiones patien-

2 Ad hæc autem ſi quidem non vnaquęque partium ha-bet animam, ſi non eſt ani-ma ratio cõmixtionis, quid eſt quod corrumpitur, ani-ma deſer[illegible]ate?

Tex. 61.

1 Quod igitur neque harmo-niam poſſibile eſt eſſe ani-mam, neque circulariter mo-ueri, manifeſtum ex dictis.

2 Secundum accidens autem moueri, vt diximus, eſt, & mouere ſeipſam, vt moueri quidem id in quo eſt, hoc au-tem moueri ab anima.

3 Aliter autem non eſt poſſi-bile moueri ſecundum locũ ipſam.

Tex. 62.

1 Rationabilius autem dubi-tabit vtique aliquis de ipſa, tanquam quæ moueatur, ad huiuſmodi reſpiciens.

2 Dicimus enim animam tri-ſtari, gaudere, confidere, ti-mere, amplius autem iraſci, & ſentire, & cogitare.

3 Hæc autem omnia motus eſſe videntur.

4 Vnde opinabitur aliquis ip-ſam moueri.

Tex. 63.

1 Hoc autem nõ eſt neceſſe.

2 Nam etſi quidem [illegible] triſtari,

patiendo moueri dicamus, ³ neceſſe ta-men non eſt in anima, vt in ſubiecto abſ-que corporis adiumento ineſſe, ſed ab illa, vt efficiente cauſa prouenire; ⁴ ſi-quidem certum eſt, iraſci, ac timere, aut efferueſcente in corde ſanguine, aut eodem ad intima contracto fieri. ⁵ At cogitare ſeu intelligere, aut huiuſmodi, aut quid aliud fortaſſe eſt, ſi ab anima abſque vllo corporis motu fiat. Quòd ſi quis aueat ſcire quibus motibus cieatur corpus, cùm aſſignatæ ab anima opera-tiones prodeũt, ⁶ respondeo aliquando corpus latione moueri, vt in gaudio, ac timore, cum maximè dilatatur cor, vt delectabile recipiat obiectũ, aut con-ſtringitur, vt noxium propellat, ⁷ ali-quando autem ſola alteratione affici, vt in ira, cum accenſus ebulit ſanguis. ⁸ Quales autem hæ paſſiones ſint, & quo-modo gignantur, alterius diſputatio-nis eſt determinare.

Præterea ¹ animam ᵃ iraſci, & gau-dere, perinde eſt, ac ſi quis eam texere, aut ædificare cenſeat, at animam texere, aut ædificare non dicimus, quemadmo-dum nec ædificandi artem ædificare, aut muſicam pulſare citharam aſſerimus; quare nec iraſci animam, & gaudere af-firmandum eſt. ² Conſentaneum ergò rationi magis erit aſſerere, nec miſereri animam, aut addiſcere, aut cogitare,

aut gaudere, aut cogitare motus ſunt, & vnumquodq; moueri aliquid,

3 moueri tamẽ ab anima eſt:

4 vt iraſci, aut timere, eò q\[d\] cor hoc modo mouetur.

5 Cogitare autem, aut huiuſ-modi, aut forſitã aliq\[d\] aliud.

6 Horum autẽ accidunt, alia quidem ſecundum lationem quibuſdam motis,

7 alia verò ſecundum alte-rationem.

8 Qualia autem, & quomo-do alia ratio eſt.

Tex 64.

1 Dicere autem iraſci animã, ſimile eſt, ac ſi quis dicat eã texere, vel ædificare.

a Themiſtius.

2 Melius enim fortaſſis eſt nõ dicere animam miſereri, aut addiſcere, aut cogitare,

3 ſed hominem quatenus anima conſtat, quæ principium harum operationum ef fectiuum eſt. Ipſæ namque operationes proueniunt quidem ab anima, tanquam à principio effectiuo, ſed ab ea corpore concurrente, adiuuanteque fiunt. 4 Quare motus à [b] quibus animæ operationes dependent, haudquaquam in anima, ſed in corpore inſunt; 5 & aliquando quidem vſque ad illam terminantur, vt cum ſenſibilia apprehendimus obiecta; tum enim externa obiecta proprijs ſpeciebus immiſſis exteriores feriunt, ac excitant ſenſus à quibus ad interiores tranſmiſſa virtutes ad ipſam tandem perueniunt animam, quæ ſuapte natura, & ipſa contemplari, & cognoſcere poteſt. Aliquando verò ab anima prodeunt motus, 6 vt cum reminiſcimur accidit, tum enim aliqua ſpeculari obiecta deſiderans anima ad ſpecies rerum, ſiue motus, ſiue quietes appellatas in ſenſuum organis exiſtentes repetendas atq; retractandas progreditur. Ex quibus patet animam, etſi cauſa ſit motuũ, quos ipſa operante in corpore ineſſe oportet, proprio tamen nec cieri, nec agitari poſſe motu. Etenim corpus id eſt, q agitatis, motiſque ſpiritibus ad quamcumque animæ operationem efficiendam requiſitis, verum, ac realem patitur motum.

3 ſed hominem anima.

4 Hoc autem non tanquam motu in illa exiſtente.

b. Themiſtius.

5 Sed aliquando quidem vſque ad illam, aliquando quidem ab illa, vt ſenſus quidẽ ab his,

6 reminiſcentia verò ab illa ad motus, qui ſunt in ſenſuũ inſtrumẽtis, aut quietes.

Atquiſpiã objiciet, ſi intellectus opẽratio toti attribuitur corpori, & ab eo dependet, deficiente corpore, & ipſa quoque deficiet, quare & corruptioni quoq; obnoxius intellectus erit, à quo, vt ab efficiente cauſa dependet.

Sed [1] intellectus fortaſſe exiſtẽs quædam ſuapte natura ſubſtantia eſt, adueniens homini, & ab omni corruptione remota. [2] Nam ſi corruptibilis intellectus eſſet, maximè in ea, quæ in ſenio contingit debilitate deficeret: at minimè tùm deficere intellectũ videmus, quoniam & in ſenſibus quoq; externis ſeneſcente corpore, non ipſa animę ſubſtantia, ſed inſtrumenta dumtaxat ſenſuum corrumpuntur. [4] Si enim ſenex oculum iuuenis acciperet, perinde ac iuuenis præſentia intueretur obiecta. [5] Quare & in ſenectute haudquaquam patitur intellectus, ac deficit, ſed ipſum tantummodo corpus in quo intellectus ineſt, quemadmodum & in ebrietatibus, ac morbis contingit.

Verum [1] intelligere, & ipſum ſpeculari marceſcit, quatenus ſenſitiuæ deficiunt virtutes à quibus neceſſario dependet. [2] Intellectus verò impaſſibilis fortaſſe, & immortalis eſt. [3] Atq; cogitare, amare, & odiſſe animæ ſolius affectiones non ſunt, ſed à corpore animato, quatenus animatum eſt dependent.

Tex 65.

1 Intellectus autem videtur innaſci, ſubſtantia quædam exiſtens, aut non corrumpi.

2 Maxime enim corrũperetur, vtiq; ab eá, quæ eſt in ſenio debilitate:

3 nunc autem quemadmodũ in ſenſorijs accidit.

4 Si enim acciperet ſenex oculũ talem, & videret vtique ſicut, & iuuenis:

5 Quapropter ſenium nõ eſt, quia ſuſtinuit aliquid anima, ſed id in quo, ſicut in ebrietatibus, & morbis.

Tex 66.

1 Ipſum igitur intelligere, & ipſum ſpeculari marceſcit, alio quodam interius corrupto.

2 Ipſum autẽ impaſſibile eſt.

3 Cogitare autem, & amare, aut odiſſe non ſunt illius paſſiones, ſed huius habentis illud, ſecundum quod illud habet.

Digitized by Google

dent. [4] Ex quo fit deſinente corpore, nec amplius recordari animam, nec amare, [5] propterea quod huiuſmodi operationes ab ea ſine adiumento corporis non prouẽniunt, quod interire, ac deſtrui neceſſe eſt. [6] Intellectus verò, vt diximus, fortaſſe diuinum quid & impaſſibile eſt ab omni corruptione remotum. [7] Ex his igitur manifeſtum eſt, nec moueri animam, nec ſeipſam omni prorſus motu deſtitutam mouere.

At [1] ex omnibus antiquorum opinionibus ea, qua Xenocrates numerum ſeipſum mouentem eſſe animam dicit, à veritate magis aberrare videtur: [2] quandoquidem & ab ea admittere cogitur abſurda, quę ex aſſertione de motu animæ prodeunt, [3] & in alia quædam propria incidit abſurda, ex eo quod numerum eſſe animam cenſeat. Primò igitur ſi anima eſt numerus ſeipſum mouens, ſingulæ huius numeri vnitates ſeipſas mouebunt. [4] At quomodo vnitatẽ moueri poſſumus intelligere? Vtrum à ſe, an ab alio? Si à ſe, vt conſequenter dicendum eſt, quomodo impartibilis vnitas, differentibus partibus carens, mouere ſeipſam poteſt? [5] Neceſſe enim eſt ſi motiua, ac mobilis exiſtat, in eas diſtingui partes, quarum alia quidem mouens, alia verò mota ſit.

Secundo linea [1] cum mouetur ſuper-

ficiem

4 Quare & hoc corrupto neque meminit, neq; amat.

5 Non enim illius erant, ſed communis, quod quidẽ deſtructum eſt.

6 Intellectus autem fortaſſis diuinius quid, & impaſſibile eſt.

7 Quod igitur non ſit poſſibile moueri animam, manifeſtum ex his, ſi autem penitus non mouetur, manifeſtum quod neq; à ſeipſa.

Tex. 67.

1 Multo autem ijs, quæ dicta ſunt, irrationabilius dicere, animam eſſe numerum ſeipſum mouentem.

2 Inſunt enim his impoſſibilia prima quidem, quæ ex ipſo moueri accidunt,

3 propria autem ex eo, quod dicunt ipſam eſſe numerum.

a Simplicius.

4 Quomodo enim oportet intelligere vnitatem moueri, & à quo, & quomodo impartibilem, & indifferentem exiſtentem?

5 Nam ſi eſt motiua, & mobilis differre oportet.

Tex. 81.

1 Amplius autem quoniam dicunt, lineam motam pla-

ficiem cauſat, a punctum verò lineam: quare vnitatum motus, ex quibus anima conſtat, lineæ erunt. 2 Etenim punctum vnitas eſt, poſitionem in continuo habnes, 3 vnitates verò, quæ animam efficiunt, alicubi ſunt, atque in corpore animato poſitionem, ac ſitum obtinent. At ſi vnitatum numerus, qui dicitur anima, ſuo motu lineas cauſat, certè animal, vt putabat Xenocrates, non efficiet. Quod ſi abſurdum eſt, abſurdũ quoque erit animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. 4 Tertio ſi quis à numero vnitatem, vel numerum abſtulerit, alia reſultabit ſpecies numeri, ſi enim à quaternario vnitas auferatur, ternarius relinquetur numerus. At ſi ab anima pars aliqua abſcindatur, non alia, ſed eadem ſpecie remanet anima. 5 Etenim plantas, & inſecta animalia decisa viuere, & eandem ſpecie animam retinere conſpicimus, ergò animam eſſe numerum impoſſibile eſt.

Quarto 1 nihil differt a numerum eſſe animam ex vnitatibus conflatum aſſerere, aut ex indiuiſibilibus corpuſculis compoſitum eſſe. 2 Etenim ſi corpuſcula à Democrito aſſerta puncta ſint, modo ex ijs conflatus numerus quantitatem habeat, erunt in eo & corpuſcula mouentia, & ea quæ motum ſuſcipiunt; 3 quemadmodum & in qualibet magnitudine

a Auerroes.

num facere, punctum autem lineam, & vnitatum motus lineæ erunt.

2 Punctũ enim vnitas eſt poſitionem habens;

3 numerus autem animę iam alicubi eſt, & poſitionem habet.

4 Amplius autem à numero ſi auferat aliquis numerum, aut vnitatem, relinquitur alius numerus.

5 Plantæ autem, & animaliũ multa diuiſa viuunt, & videntur eandem habere animam ſpecie.

Tex. 69.

1 Videbitur autem vtiq; nihil differre, dicere vnitates, an corpuſcula parua.

a Philoponus.

2 Etenim ex Democriti ſphærulis ſi fiant pũcta, modo maneat quantitas, erit aliquid in ipſo, hoc quidem, quod mouet, illud autem quod mouetur,

3 ſicut in magnitudine.

Digitized by Google

4 Non enim propterea quod magnitudine differt hoc, aut paruitate accidit, quod dictũ eſt, ſed quia quantum.

5 Vnde neceſſe eſt aliquid eſſe motiuum vnitatum.

6 Si autem in animali id, quod mouet, anima eſt, & in numero.

7 Quare non quod mouet, & quod mouetur eſt anima, ſed quod mouet ſolum.

tudine ſeipſam mouente, alia pars mouens eſt, alia verò mota. 4 Neque refert numerum, qui ſeipſum moueat, magnum, aut paruum eſſe, ad hoc vt in partes motiuas, ac mobiles diuidatur, ſed ipſum quantitate aliqua eſſe prœditum ſufficit. 5 Si igitur anima ſeipſum mouens numerus eſt ex vnitatibus conflatus, aliæ in eo mouentes vnitates inerunt, aliæ verò motæ, cum idem motiuum, ac mobile eſſe impoſſibile ſit. 6 Quare ſi in animali id, quod mouet, anima eſt, & pars in numero mouens anima erit. 7 Non ergò numerus anima eſt ſeipſum mouens, ſed illæ dumtaxat vnitates animæ rationem habebunt, quæ alias mouere aptæ ſunt.

Tex. 70.

1 At verò quomodo poſſibile eſt hanc vnitatem eſſe.

a *Simplicius Philoponus.*

2 Oportet enim ineſſe ipſius quandã differẽtiam ad alias.

3 Puncti autem vnici quæ vtique differentia erit, niſi poſitio?

4 Si igitur ſunt aliæ quæ in corpore vnitates, aut puncta, in eodem erunt vnitates.

Quinto impoſſibile 1 eſt animam ex vnitatibus eſſe conflatam. 2 Nam vnitates a quæ animam efficiunt ab alijs differre, quæ haudquaquam animæ ſubſtantiam ingrediuntur oportet, quatenus illæ quidem mouent, hæ verò mouentur: 3 at a punctis ſuapte natura ſola poſitione differunt, quare cum in corpore ſitum, ac poſitionem habeant, neceſſario puncta erunt. Iam cum in corpore inſint puncta, quæro vtrum puncta ex quibus anima eſt, cũ punctis corporis eadem ſint, an verò alia? 4 Si vnitates, & puncta, ex quibus conſtat anima diuerſa ſint ab vnitatibus, ac punctis

ctis exiſtentibus in corpore, plures in eodem loco vnitates erunt; 5 ſi quidem omnia puncti locum obtinent. 6 Quod ſi duæ in eodem loco vnitates inſunt, & infinitæ quoque erunt. 7 Quorum enim locus indiuiſibilis eſt, & quæ in eo recipiũtur indiuiſibilia sũt. Quare in vno, & eodem corporis puncto infinitæ animæ erunt: hoc autem abſurdum, & impoſſibile eſſe nemo non videt.

At vero 1 ſi ea quæ in corpore inſunt puncta numerum componant, qui eſſe anima dicitur, aut ex punctis efficiatur anima, quæ ipſum ingrediuntur corpus, in quolibet corpore ineſſe animam oportebit; 2 quandoquidem omnia corpora punctis, iiſq; infinitis prædita ſint. At inconueniens hoc eſſe communi approbatum conſenſu eſt. 3 Denique puncta nec ſeparari, nec abſolui à corporibus queunt, 4 proptereà quod lineæ in puncta nequaquam diuidantur. Si igitur ex punctis anima eſt, à corporibus nunquam diuelli poterit, ac proinde perpetuam homines vitam agent; quod tamen aſſerere non licet, ergò anima ex punctis compoſita non eſt.

Verùm hæc Xenocratis ſententia non modò, vt diximus, in propria quædam incidit abſurda, ſed etiam in ea, quæ aliorum Philoſophorum opiniones admittere coguntur.

Nam

5 Obtinebit enim locum puncti.
6 Attamen quid prohibebit in eodem eſſe, ſi duæ ſunt, & infinitas?
7 Quorum enim locus eſt indiuiſibilis, & ipſa.

Tex. 71.

1 Si autẽ quæ in corpore puncta numerus animæ ſunt, aut aut ſi qui eorum, quæ in corpore punctorum numerus anima, quare non omnia habent animam corpora?
2 Puncta enim in omnibus videntur eſſe, & infinita.
3 Amplius autem quomodo poſſibile eſt ſeparari puncta, & abſolui à corporibus?
4 ſiquidem non diuiduntur lineæ in puncta,

Tex. 72.

1 Accidit autem, ſicut diximus, partim quidem idē dicere corpus quoddam ſubtilium partium ipſam ponentibus;

2 partim autem ſicut Democritus dicit ab anima moueri, proprium inconueniens.

3 Si enim eſt anima in omni eo, quod ſentit corpore, neceſſe eſt in eodem duo eſſe corpora, ſi corpus aliquod anima.

4 Numerum autem dicentibus, in puncto puncta multa, aut omne corpus animam habere,

5 niſi quidam numerus differens innaſcitur, & alius ab ijs, quæ in corpore punctis.

Tex. 73.

1 Acciditq; animal moueri à numero, ſicut & Democritum diximus ipſum mouere.

2 Quid.n. differt dicere ſphęras paruas, an vnitates magnas, ant omnino vnitates motas?

3 Vtroq; enim modo neceſſe eſt mouere animal, eo quia mouentur ipſæ.

Tex 74.

1 Complectentibus igitur in vnum numerum, & motum, & hæc accidunt, & multa alia huiuſmodi.

2 Nō enim ſolum definitionem animæ impoſſibile eſt

Nam 1 & id ex parte aſſerit, quod ij, qui tenuiſſimum quoddam corpus eſſe animam dicunt, 2 & proprium quoque admittit abſurdum corpus ab anima, perinde ac Democritus ſentit, moueri affirmans. 3 Qui enim tenuiſſimum eſſe corpus animam dicunt, cum in omni ſentiente corpore inſit anima, duo ſimul corpora eſſe affirmare coguntur. 4 Idem quoq; admittit abſurdum Xenocrates, qui ex punctis eſſe animam cenſet, cum vel inuitus, aut in vno puncto infinita eſſe puncta, aut corpus vnumquodque habere animam dicat, 5 ſi numerus ex quo anima eſt, minimè à punctis differat, quæ in corpore inſunt.

Præterea 1 Democritus ab indiuiſibilibus corpuſculis corpus moueri aſſerit, ex ijs eſſe animam conflatam exiſtimās, quod & ipſe fatetur Xenocrates, cùm à numero vnumquodque moueri animal dicat. 2 Quid enim refert aſſerere, aut minuta corpuſcula, aut vnitates moueri, ſiue numerum componentes, ſiue ſolitarie acceptas? 3 Vtroque enim modo moueri animal ex eo, quod ipſæ mouentur, neceſſe eſt.

Si 1 igitur in natura animæ explicanda hæc duo complectamur, numerum, & motum, non ſolum quæ indicauimus accidunt abſurda, ſed multa quoq; alia contingunt. 2 Non enim ſolum impoſ-

ſibile

Digitized by Google

ſibile eſt talem eſſe animę definitionem, qualem tradidit Xenocrates, ſed nec per eam a vllum accidens animæ cognoſcere licet. 3 Atque hoc manifeſtum cuilibet eſſe poteſt, qui ex hac definitione paſſiones, & operationes animæ, vt cogitationes, ſenſus, voluptates, dolores, & cætera huiuſmodi aſſignare tentauerit. 4 Etenim de his, vt prius dictum eſt, ex numero, ac motu, haudquaquam diuinari facile eſt, cum ex eo quod ſit numerus anima, nec intelligat, nec ſentiat, nec lętetur, atque triſtetur animal.

2 Hactenus 1 Antiquorum ſententias ad animæ naturam inueſtigandam prolatas attulimus, eaſque reprobauimus, quibus 2 & alij animam, ex eo quod ſe motu ciet, motiuam maximè eſſe, & eandem, 3 alij facile omnia permeantē corpora tenuiſſimarū partium corpus, aliorumque incorporeum maximè eſſe arbitrati ſunt, 4 omnes percurrentes difficultates, omniaque indicantes abſurda, quæ ab ipſis, vel inuitis effugi nequaquā poſſunt. 5 Reliquum nunc eſt, vt eorum perpendamus ſententiam, 6 qui propterea quod anima rerum omnium ſenſum, & cognitionem habeat, ex omnibus ipſam elementis eſſe conflatam aiunt.

Neceſſe 1 autem eſt hanc ſententiam multa

eſſe, ſed & accidens,

a Themiſtius Auerroes.

3 Manifeſtum eſt autē ſi quis conatus fuerit ex ratione hæc paſſiones, & opera animæ reddere, vt ratiocinationes, ſenſus, voluptates, dolores, & quæcunq; alia huiuſmodi.

4 Sicut enim diximus prius, neque diuinari eſt facile ex ipſis.

Tex 75.

1 Tribus autem modis traditis, ſecundum quos definiūt animam:

2 illi quidem maximè motiuam enunciauerunt, eo quod mouet ſeipſam:

3 hi autem corpus ſubtiliſſimarum partium, aut maximè incorporeum aliorum.

4 Hæc autē quas dubitationes & ſubcontrarietates habent, percurrimus fere.

5 Reliquum eſt autem conſiderare quomodo dicitur, ex elementis ipſam eſſe.

6 Dicunt enim quatenus ſentiat ea, quæ ſunt, & vnumquodq; cognoſcat.

Tex 76

1 Neceſſarium autem eſt accidere multa, & impoſſibilia rationi.

2 Ponũt enim cognoſcere ſimile ſimili, perinde ac ſi animam res ponant.

3 Non ſunt autem hæc ſola, multa verò & alia magis autẽ fortaſſis infinita numero, quæ fiunt ex his.

Tex 77.

1 Ex quibus igitur eſt vnumquodq; horum, ſit ea cognoſcere animam, & ſentire; ſed compoſitum, quo cognoſcet, aut ſentiet, vt quod Deus, aut homo, aut caro, aut os, ſimililer autem & quodlibet aliud compoſitorum?

2 Non enim quolibet modo ſe habentia elementa horum vnumquodque, ſed ratione quadam, & compoſitione, ſicut & Empedocles dicit ipſum os.

3 Terra autem concinna in amplis infundibulis duas ex octo partibus ſortita eſt fluidi luminis, quatuor autem Vulcani, oſſa autem alba facta ſunt.

4 Nulla igitur vtilitas elemẽta in anima eſſe, niſi & rationes inerunt, & compoſitiones.

5 Cognoſcet n. vnũquodque ſimile, os autẽ, aut hominem nihil, niſi & hæc inerunt.

multa comitari abſurda. 2 Nam ſimile ſimili cognoſci, & animã proinde quia res cognoſcit, ex rebus compoſitam eſſe dicit. 3 Verum non modo elementa cognoſcit anima, ſed multa quoq; alia percipit, quæ cum ex elementis fiant, numero fortaſſe infinita ſunt.

Iam 1 ſi anima elementis ex quibus conſtat, ſentit, atque cognoſcit elementa, quæ ad rerum conſtitutionem concurrunt, quo ſentiet, aut cognoſcet cõpoſita, vt Deum, hominem, carnem, os, cæteraque ex elementis conflata? Nec putet quiſpiam, elementis, ex quibus anima eſt, ea cognoſcere, quæ ex elementis compoſita ſunt. 2 Nam elementa non quocumque modo ſimul poſita efficiunt mixta, ſed refracta, & ad certam quandam proportionem, ac temperiem ducta, quemadmodum de oſſe ait Empedocles.

3 *Partibus octonis ſumptis aptiſſima tellus.*
Aquæ, aeriſq; duas, quatnor quoq; cõtulit ignis,
Exceptitq; alto ſinu quis candida ſecit
Oſſa ſimul ſuſis rerum fecunda propago.

4 Quare vt mixta corpora cognoſcat anima, non ipſa tantummodo elementa, ſed mixtorum quoque rationes, atque miſcibilium proportiones continere debet. 5 Vnumquodque enim cognoſcet ſimili, os autem, aut hominem cognoſce-

Digitized by Google

gnoſcere non poterit, niſi propriæ in ea oſſis, aut hominis rationes inerunt. 6 Hoc verò abſurdum, & impoſſibile eſſe, clariſſimum adeo eſt, vt nulla egeat probatione. 7 Quis enim ambiget vnquam lapidem, aut hominem in anima reperiri, & bonum ſimiliter, atque non bonum, cæteraq; ſub animæ cognitionis ambitu comprehenſa? fieri ergò nō poteſt, vt omnia cognoſcens anima ex elementis conſtet.

1 Secundo cum a id quod eſt, multipliciter dicatur, quoddam enim ſubſtantiam, quoddam quantitatem, aut qualitatem, aut aliquid aliud prædicamentorum ſignificat, * quæro vtrum ex omnium rerum elementis, ac principijs anima conſtet, an non? 2 Atque ſi eadem rerum omnium elementa nequaquam ſunt, vtrum ex proximis tantummodo ſubſtantiæ principijs, an etiam aliorum generum componatur? 3 Si ex ſubſtantiæ dumtaxat elementis anima conſtat, quomodo ob ſimilitudinē exiſtente cognitione cætera prædicamenta cognoſcet? 4 Si verò ex proprijs cuiuſque generis elementis, atq; principijs anima componitur, & quantitatem, & qualitatem, & ſubſtantiam eſſe animā fateamur neceſſe eſt. 5 At hoc impoſſibile eſſe arbitror: Cum enim ſubſtantia ſit anima, & quantitatis proinde, aliorumq; acci-

6 Hoc autem quod impoſſibile ſit, nihil oportet dicere.

7 Quis enim dubitabit, ſi inſit in anima lapis, aut homo, ſimiliter autem & bonum, & non bonum, eodem autem modo de alijs?

Tex. 78.

1 Amplius autem cum multipliciter dicatur id quod eſt, ſignificat enim aliud quidem hoc aliquid, aliud autem quantitatem, aut qualitatem, aut etiam quoddam aliud diuerſorum prædicamentorum, vtrum ex omnibus erit anima, an non?

a *S. Th. Auerroes Philoponus.*

2 Sed non videntur communia eſſe omnium elementa. Num igitur quæcunq; ſubſtantiarum ſunt, ex his ſolis?

3 Quomodo igitur cognoſcit & aliorum vnumquodque?

4 An dicent vniuſcuiuſq; generis eſſe elementa, & propria principia, ex quibus animam conſtare? Erit ergò & quantitas, & qualitas, & ſubſtantia.

5 Sed impoſſibile eſt ex quātitatis elementis eſſe ſubſtantiam, & non quantitatem.

accidentium habeat adnexam priuationem, ex quantitatis, & aliorum accidentium elementis conſtare nequit. 6 Hæc igitur, & ſimilia ijs accidunt abſurda, qui ex omnibus elementis, ac principijs eſſe animam conflatam aſſerunt.

6 Dicentibus itaq; ex omnibus, hæc & huiuſmodi alia accidunt.

Tertio cum 1 hanc Empedocles ſententiam exponit, in ea aperte incidit, quæ manifeſtam contradictionem implicant. Nam ſimile à ſimili pati non poſſe ait, 2 ſimile autem ſentire ſimile, ſimileque à ſimili cognoſci: 3 atq; non modo ſentire, ſed & cognoſcere, ac intelligere quoddam pati eſſe, ac moueri cenſet. Quis autem hæc ſeſe viciſſim deſtruere non videat?

Tex. 79.

1 Inconueniens autem eſt dicere quidem impaſſibile eſſe ſimile à ſimili:

2 ſentire autem ſimile ſimile, & cognoſcere ſimile ſimili.

3 Sentire autem pati aliquid, & moueri ponunt, ſimiliter autem & cognoſcere, & intelligere.

Quarto 4 multas id patitur difficultates, dubiumq; valdè eſt, quod ait Empedocles ſingula corporeis, ac ſimilibus elementis cognoſci, terra nempe terram, atq; ignem igne. 5 Nam quæcumque in animalium corporibus inſunt, terream maximè nacta portionem, vt oſſa, nerui, & pili omni prorſus cognitione, ac ſenſu deſtituta videntur. 6 Falſum ergò eſt ſimilia ſimilibus inexiſtentibus elementis ab anima cognoſci.

4 Cum autem multas dubitationes, & difficultates habeat dicere, ſicut Empedocles, quod corporeis elemẽtis ſingula cognoſcuntur, & ad ſimile teſtatur quod nũc dictum eſt.

5 Quæcunque enim inſunt in animaliũ corporibus ſimpliciter terræ, vt oſſa, nerui, pili, nihil ſentire videntur.

6 Quare neque ſimilia, & tamen conueniebat.

Quintò ſi a hæc Empedoclis opinio vera eſt, 1 ex ſingulis elementis, ex quibus anima conſtat, plus ignorationis, quam cognitionis accipiet. 2 Illud enim tantummodo cognoſcet elementum, ex quo

Tex 80.

1 Amplius autem vnicuique principiorum ignorãtia amplior, quam intelligentia inerit.

a *Simplicius Themiſtius.*

2 Cognoſcet n. vnum vnumquodque, multa autem igno

quo eſt, cætera autem omnia prorſus ignorabit. 3 Sextò effugere non poteſt Empedocles, quin Deum omnium animalium inſipientiſſimum efficiat. Cum enim Deus, quem ſphęrum vocat, quatuor elementorum concreatione, ſola intercedente concordia extiterit, 4 diſcordiam, quæ nullas in hac molitione partes habuit, ignorabit ſolus: 5 cum omnia tamen animalia interitui ſubiecta ex omnibus compoſita elemẽtis omnia quoq; elementa percipere, atq; cognoſcere queant.

Septimo ſi 1 ex elementis anima eſt, quæ in hac rerum vniuerſitate mixta exiſtunt corpora anima prædita erunt; 2 ſiquidem omnia, aut elementa ſunt, aut ex elementis conſtant, ſiue vnum tantummodo elementum, ſiue plura, aut omnia ad cuiuſque rei compoſitionem concurrant. 3 Quare vnumquodque corpus, aut vnum aliquod, aut quędam, aut omnia elementa cognoſcet. Sed abſurdum hoc eſſe, & ipſe fatetur Empedocles.

Denique a iure optimo dubitabit aliquis, 1 quidnam ipſa contineat elementa, ex quibus anima reſultat: 2 Elementa enim perinde, ac materia ab aliquo, vt à forma regi, & contineri debent. 3 At id cuius munus eſt vnire atque continere elementa nobiliſſimum

rabit, omnia enim alia.

3 Accidit autem & Empedocli, inſipientiſſimum eſſe

4 Solus enim elementorum vnum nõ cognoſcet, ipſam diſcordiam.

5 Mortalia autem omnia, ex omnibus enim vnumquodque.

Tex. 81.

1 Omnino autẽ propter quã causã non omnia, quæ ſunt, habent animam:

2 cum omne aut elementũ ſit, aut ex elemento vno, aut pluribus, aut omnibus?

3 Neceſſe enim eſt vnum aliquod cognoſcere, aut quædam, aut omnia.

Tex. 82.

1 Dubitabit autem vtiq; aliquis, & quid eſt vnum faciens ipſa.

a Simplicius 8. Th.

2 Materiæ enim ſimilia ſunt elementa.

3 Principaliſſimum eſt enim illud quod continet, quodcumque eſt.

quid, ac præſtantiſſimum eſſe oportet. 4 Anima autem melius quicquã, & præclarius eſſe impoſſibile eſt; 5 & adhuc magis impoſſibile videtur aliquid ipſo intellectu nobilius reperiri, 6 qui, vt certa dictat ratio, antiquiſſimus, ac diuiniſſimus eſt, alijſque omnibus ſuapte natura dominari potius, quàm parere ſolet. Quare ſi ex elementis anima eſt, nihil prorſus aſſignabile erit, quod ipſa regere, & continere queat. 7 Adde etiam quod cum prima entia ſint elemẽta, prius aliquid non erit à quo vniri ſimul, & cohiberi poſſint.

At verò 1 quas de anima definitiones protulerunt Veteres a omnibus animabus haudquaquam eſſe communes videntur, ſiue animam cognoſcitiuam, ac ſenſitiuam ſubſtantiam ex omnibus elementis conflatam, ſiue ens quoddã motiuum maximè eſſe dicant. 2 Neque.n. omnia, quæ ſenſitiuam habent animam loco motiua ſunt, 3 ſed animalium quędam, vt conchæ, & cætera lapidibus affixa prorſus immobilia videntur, cum etſi aliquo cieantur motu, eo tamen, qui tendit ad locum, deſtituta ſint, quo 4 anima dumtaxat nullo extrinſecus adiuuante animalia mouet. Ex quo defiitio, qua animam loco motiuam maximè eſſe exiſtimarunt Veteres, haudquaquam ſufficiens eſſe videtur. 5 Eodem

4 Anima autem aliquid eſſe melius & præſtantius, impoſſibile eſt.

b Themiſtius.

5 Impoſſibilis autem adhuc intellectu.

6 Rationabiliſſimum .n. eſſe hunc antiquiſſimum, & dominum ſecundum naturam.

7 Elementa autem dicunt eſſe prima entium.

Tex. 85.

1 Omnes autẽ, & qui ex eo, quod cognoſcit, & ſentit ea, quæ ſunt, ex elementis dicunt ipſam, & qui maximè motiuum, non de omni anima.

a Themiſtius Simplicius.

2 Neq; enim ſenſitiua omnia motiua.

3 Videntur enim eſſe quædam animalium mãſiua ſecundum locum.

4 Et tamen videtur hoc ſolo motu mouere anima animal.

5 Similiter autem & quicum

dem autem modo & illi quoque errant, qui intellectiuam, ac ſenſitiuam animã ex omnibus eſſe compoſitam elementis aiunt. 6 Nam & vita fruuntur plantæ, quæ nec loco motiuæ, nec ſenſu prædita ſunt, 7 atque alia complura exiſtunt animalia, quæ intellectu carent. a Quod 1 ſi quis fateatur animam, nec ens loco motiuum eſſe, nec intellectiuũ, nec ſenſitiuum, ſed eam ex his tribus eſſe conſtatam, eandemq; ſpecie in omnibus animalibus exiſtere cenſeat, 2 is tamen nec de anima in vniuerſum loquetur, plantis cognitione, ac ſenſu deſtitutis, nec ſingillatim de vnaquaque, alijs omiſſis facultatibus, quibus anima neceſſario prædita eſt. 3 Eodem recidit, quod in metricis carminibus de anima protulit Orpheus, admixtam aeri quem inſpirando attrahimus, atque afflatu ventorum latam ingredi animam dicens. 4 Neque enim poſſibile eſt hoc plantis accidere, nec animalium quibuſdam abſque reſpiratione vitam agentibus. 5 Hoc tamen ſic opinantem Orpheum latuit. Sed 1 quamuis animam ex elementis conficere oporteat, ex omnibus tamen eam conſtituere, vt omnia percipiat elementa, neceſſe non eſt. 2 Altera namq; contrarietatis parte conſtare ſufficit animam, vt ipſam, & oppoſitam diſcerne-

re

que intellectũ & ſenſitiuum ex elementis faciunt.

6 Videntur enim plantæ viuere, non participantes latione, neque ſenſu,

7 & animalium multa intelligentiam non habere.

Tex. 84.

1 Si autem aliquis & hæc cõceſſerit, poſueritque intellectum partem aliquam animæ, ſimiliter autem & ſenſitiuum,

a *Simplicius Themiſtius.*

2 neque vtiq; ſic dicent de omni anima, neque de tota, neque de vna.

3 Hoc autẽ ſuſtinuit, & quæ eſt in Orphicis vocatis carminibus, ratio, dicit enim animam ex toto ingredi reſpirantibus, latam à ventis.

4 Non poſſibile itaq; plantis hoc accidere, neque animalium quibuſdam; ſiquidem non omnia reſpirant.

5 Hoc autem latuit ſic opinantes.

Tex. 85.

1 Si verò ex elementis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus.

2 Sufficiens enim eſt altera pars contrarietatis ſeipſam dijudicare, & oppoſitam.

4 Non enim propterea quod magnitudine differt hoc, aut paruitate accidit, quod dictũ eſt, ſed quia quantum.

5 Vnde neceſſe eſt aliquid eſſe motiuum vnitatum.

6 Si autem in animali id, qđ mouet, anima eſt, & in numero.

7 Quare non quod mouet, & quod mouetur eſt anima, ſed quod mouet ſolum.

tudine ſeipſam mouente, alia pars mouens eſt, alia verò mota. 4 Neque refert numerum, qui ſeipſum moueat, magnum, aut paruum eſſe, ad hoc vt in partes motiuas, ac mobiles diuidatur, ſed ipſum quantitate aliqua eſſe præditum ſufficit. 5 Si igitur anima ſeipſum mouens numerus eſt ex vnitatibus conflatus, aliæ in eo mouentes vnitates inerunt, aliæ verò motæ, cum idem motiuum, ac mobile eſſe impoſſibile ſit. 6 Quare ſi in animali id, quod mouet, anima eſt, & pars in numero mouens anima erit. 7 Non ergò numerus anima eſt ſeipſum mouens, ſed illæ dumtaxat vnitates animæ rationem habebunt, quæ alias mouere aptæ ſunt.

Tex. 70.

1 At verò quomodo poſſibile eſt hanc vnitatem eſſe.

a *Simplicius Philoponus.*

2 Oportet enim ineſſe ipſius quandã differẽtiam ad alias.

3 Puncti autem vnici quæ vtique differentia erit, niſi poſitio?

4 Si igitur ſunt aliæ quæ in corpore vnitates, aut puncta, in eodem erunt vnitates.

Quinto impoſſibile 1 eſt animam ex vnitatibus eſſe conflatam. 2 Nam vnitates a quæ animam efficiunt ab alijs differre, quæ haudquaquam animæ ſubſtantiam ingrediuntur oportet, quatenus illæ quidem mouent, hæ verò mouentur: 3 at a punctis ſuapte natura ſola poſitione differunt, quare cum in corpore ſitum, ac poſitionem habeant, neceſſario puncta erunt. Iam cum in corpore inſint puncta, quæro vtrum puncta ex quibus anima eſt, cũ punctis corporis eadem ſint, an verò alia? 4 Si vnitates, & puncta, ex quibus conſtat anima diuerſa ſint ab vnitatibus, ac pun-

ctis exiſtentibus in corpore, plures in eodem loco vnitates erunt; 5 ſi quidem omnia puncti locum obtinent. 6 Quod ſi duæ in eodem loco vnitates inſunt, & infinitæ quoque erunt. 7 Quorum enim locus indiuiſibilis eſt, & quæ in eo recipiũtur indiuiſibilia sũt. Quare in vno, & eodem corporis puncto infinitæ animæ erunt: hoc autem abſurdum, & impoſſibile eſſe nemo non videt.

At verò 1 ſi ea quæ in corpore inſunt puncta numerum componant, qui eſſe anima dicitur, aut ex punctis efficiatur anima, quæ ipſum ingrediuntur corpus, in quolibet corpore ineſſe animam oportebit; 2 quandoquidem omnia corpora punctis, iiſq; infinitis prædita ſint. At inconueniens hoc eſſe communi approbatum conſenſu eſt. 3 Denique puncta nec ſeparari, nec abſolui à corporibus queunt, 4 propterea quod lineæ in puncta nequaquam diuidantur. Si igitur ex punctis anima eſt, à corporibus nunquam diuelli poterit, ac proinde perpetuam homines vitam agent; quod tamen aſſerere non licet, ergò anima ex punctis compoſita non eſt.

Verùm hæc Xenocratis ſententia non modò, vt diximus, in propria quædam incidit abſurda, ſed etiam in ea, quæ aliorum Philoſophorum opiniones admittere coguntur.

Nam

5 Obtinebit enim locum puncti.

6 Attamen quid prohibebit in eodem eſſe, ſi duæ ſunt, & infinitas?

7 Quorum enim locus eſt indiuiſibilis, & ipſa.

Tex. 71.

1 Si autẽ quæ in corpore puncta numerus animæ ſunt, aut aut ſi qui eorum, quæ in corpore punctorum numerus anima, quare non omnia habent animam corpora?

2 Puncta enim in omnibus videntur eſſe, & infinita.

3 Amplius autem quomodo poſſibile eſt ſeparari puncta, & abſolui à corporibus?

4 ſiquidem non diuiduntur lineæ in puncta.

Digitized by Google

Tex. 72.

1 Accidit autem, ſicut diximus, partim quidem idē dicere corpus quoddam ſubtilium partium ipſam ponentibus;

2 partim autem ſicut Democritus dicit ab anima moueri, proprium inconueniens.

3 Si enim eſt anima in omni eo, quod ſentit corpore, neceſſe eſt in eodem duo eſſe corpora, ſi corpus aliquod anima.

4 Numerum autem dicentibus, in puncto puncta multa, aut omne corpus animam habere,

5 niſi quidam numerus differens innaſcitur, & alius ab ijs, quæ in corpore punctis.

Tex. 73.

1 Accidítq; animal moueri à numero, ſicut & Democritum diximus ipſum mouere.

2 Quid.n. differt dicere ſphæras paruas, an vnitates magnas, aut omnino vnitates motas?

3 Vtroq; enim modo neceſſe eſt mouere animal, eo quia mouentur ipſæ.

Tex 74.

1 Complectentibus igitur in vnum numerum, & motum, & hæc accidunt, & multa alia huiuſmodi.

2 Nō enim ſolum definitionem animæ impoſſibile eſt

Nam [1] & id ex parte aſſerit, quod ij, qui tenuiſſimum quoddam corpus eſſe animam dicunt, [2] & proprium quoque admittit abſurdum corpus ab anima, perinde ac Democritus ſentit, moueri affirmans. [3] Qui enim tenuiſſimum eſſe corpus animam dicunt, cum in omni ſentiente corpore inſit anima, duo ſimul corpora eſſe affirmare coguntur. [4] Idem quoq; admittit abſurdum Xenocrates, qui ex punctis eſſe animam cenſet, cum vel inuitus, aut in vno puncto infinita eſſe puncta, aut corpus vnumquodque habere animam dicat, [5] ſi numerus ex quo anima eſt, minimè à punctis differat, quæ in corpore inſunt.

Præterea [1] Democritus ab indiuiſibilibus corpuſculis corpus moueri aſſerit, ex ijs eſſe animam conflatam exiſtimās, quod & ipſe fatetur Xenocrates, cum à numero vnumquodque moueri animal dicat. [2] Quid enim refert aſſerere, aut minuta corpuſcula, aut vnitates moueri, ſiue numerum componentes, ſiue ſolitarie acceptas? [3] Vtroque enim modo moueri animal ex eo, quod ipſæ mouentur, neceſſe eſt.

Si [1] igitur in natura animæ explicanda hæc duo complectamur, numerum, & motum, non ſolum quæ indicauimus accidunt abſurda, ſed multa quoq; alia contingunt. [2] Non enim ſolum impoſſibile

ſibile

Digitized by Google

ſibile eſt talem eſſe animę definitionem, qualem tradidit Xenocrates, ſed nec per eam 4 vllum accidens animæ cognoſcere licet. 3 Atque hoc manifeſtum cuilibet eſſe poteſt, qui ex hac definitione paſſiones, & operationes animæ, vt cogitationes, ſenſus, voluptates, dolores, & cætera huiuſmodi aſſignare tentauerit. 4 Etenim de his, vt prius dictum eſt, ex numero, ac motu, haudquaquam diuinari facile eſt, cum ex eo quod ſit numerus anima, nec intelligat, nec ſentiat, nec lętetur, atque triſtetur animal.

1 Hactenus a Antiquorum ſententias ad animæ naturam inueſtigandam prolatas attulimus, eaſque reprobauimus, quibus 2 & alij animam, ex eo quod ſe motu ciet, motiuam maximè eſſe, & eandem, 3 alij facile omnia permeantē corpora tenuiſſimarū partium corpus, aliorumque incorporeum maximè eſſe arbitrati ſunt, 4 omnes percurrentes difficultates, omniaque indicantes abſurda, quæ ab ipſis, vel inuitis effugi nequaquā poſſunt. 5 Reliquum nunc eſt, vt eorum perpendamus ſententiam, 6 qui propterea quod anima rerum omnium ſenſum, & cognitionem habeat, ex omnibus ipſam elementis eſſe conflatam aiunt.

1 Neceſſe a autem eſt hanc ſententiam multa

eſſe, ſed & accidens.

a Themiſtius Auerroes.

3 Manifeſtum eſt autē ſi quis conat[b] fuerit ex ratione hac paſſiones, & opera animæ reddere, vt ratiocinationes, ſenſus, voluptates, dolores, & quæcunq; alia huiuſmodi.

4 Sicut enim diximus prius, neque diuinari eſt facile ex ipſis.

Tex 75.

1 Tribus autem modis traditis, ſecundum quos definiūt animam:

2 illi quidem maximè motiuam enunciauerunt, eo quod mouet ſeipſam:

3 hi autem corpus ſubtiliſſimarum partium, aut maximè incorporeum aliorum.

4 Hæc autē quas dubitationes & ſubcontrarietates habent, percurrimus fere.

5 Reliquum eſt autem conſiderare quomodo dicitur, ex elementis ipſam eſſe.

6 Dicunt enim qu tenus ſentiat ea, quæ ſunt, & vnumquodq; cognoſcat.

Tex 76

1 Neceſſarium autem eſt accidere multa, & impoſſibilia rationi.

Digitized by Google

multa comitari abſurda. [2] Nam ſimile ſimili cognoſci, & animã proinde quia res cognoſcit, ex rebus compoſitam eſſe dicit. [3] Verum non modo elementa cognoſcit anima, ſed multa quoq; alia percipit, quæ cum ex elementis fiant, numero fortaſſe infinita ſunt.

Iam [1] ſi anima elementis ex quibus conſtat, ſentit, atque cognoſcit elementa, quæ ad rerum conſtitutionem concurrunt, quo ſentiet, aut cognoſcet cõpoſita, vt Deum, hominem, carnem, os, cæteraque ex elementis conflata? Nec putet quiſpiam, elementis, ex quibus anima eſt, ea cognoſcere, quæ ex elementis compoſita ſunt. [2] Nam elementa non quocumque modo ſimul poſita efficiunt mixta, ſed refracta, & ad certam quandam proportionem, ac temperiem ducta, quemadmodum de oſſe ait Empedocles.

3 *Partibus octonis ſumptis aptiſſima tellus.*
Aquæ, aeriſq; duas, quatuor quoq; cõtulit ignis,
Exceptiq; alto ſinu quis candida fecit
Oſſa ſimul fuſis rerum fecunda propago.

4 Quare vt mixta corpora cognoſcat anima, non ipſa tantummodo elementa, ſed mixtorum quoque rationes, atque miſcibilium proportiones continere debet. [5] Vnumquodque enim cognoſcet ſimili, os autem, aut hominem cognoſce-

---

2 Ponũt enim cognoſcere ſimile ſimili, perinde ac ſi animam res ponant.

3 Non ſunt autem hæc ſola, multa verò & alia magis autẽ fortaſſis infinita numero, quæ fiunt ex his.

Tex 77.

1 Ex quibus igitur eſt vnumquodq; horum, ſit ea cognoſcere animam, & ſentire; ſed compoſitum, quo cognoſcet, aut ſentiet, vt quod Deus, aut homo, aut caro, aut os, ſimililer autem & quodlibet aliud compoſitorum?

2 Non enim quolibet modo ſe habentia elementa horum vnumquodque, ſed ratione quadam, & compoſitione, ſicut & Empedocles dicit ipſum os.

3 Terra autem concinna in amplis infundibulis duas ex octo partibus ſortita eſt fluidi luminis, quatuor autem Vulcani, oſſa autem alba facta ſunt.

4 Nulla igitur vtilitas elemẽta in anima eſſe, niſi & rationes inerunt, & compoſitiones.

5 Cognoſces n. vnũquodque ſimile, os autẽ, aut hominem nihil, niſi & hæc inerunt.

gnoſcere non poterit, niſi propriæ in ea oſſis, aut hominis rationes inerunt. 6 Hoc verò abſurdum, & impoſſibile eſſe, clariſſimum adeo eſt, vt nulla egeat probatione. 7 Quis enim ambiget vnquam lapidem, aut hominem in anima reperiri, & bonum ſimiliter, atque non bonum, cæteraq; ſub animæ cognitionis ambitu comprehenſa? fieri ergò nō poteſt, vt omnia cognoſcens anima ex elementis conſtet.

1 Secundo cum [a] id quod eſt, multipliciter dicatur, quoddam enim ſubſtantiam, quoddam quantitatem, aut qualitatem, aut aliquid aliud prædicamentorum ſignificat, quæro vtrum ex omnium rerum elementis, ac principijs anima conſtet, an non? 2 Atque ſi eadem rerum omnium elementa nequaquam ſunt, vtrum ex proximis tantummodo ſubſtantiæ principijs, an etiam aliorum generum componatur? 3 Si ex ſubſtantiæ duntaxat elementis anima conſtat, quomodo ob ſimilitudinē exiſtente cognitione cætera prædicamenta cognoſcet? 4 Si verò ex proprijs cuiuſque generis elementis, atq; principijs anima componitur, & quantitatem, & qualitatem, & ſubſtantiam eſſe animā fateamur neceſſe eſt. 5 At hoc impoſſibile eſſe arbitror: Cum enim ſubſtantia ſit anima, & quantitatis proinde, aliorumq; acci-

6 Hoc autem quod impoſſibile ſit, nihil oportet dicere.

7 Quis enim dubitabit, ſi inſit in anima lapis, aut homo, ſimiliter autem & bonum, & non bonum, eodem autem modo de alijs?

Tex. 78.

1 Amplius autem cum multipliciter dicatur id quod eſt, ſignificat enim aliud quidem hoc aliquid, aliud autem quantitatem, aut qualitatem, aut etiam quoddam aliud diuerſorum prædicamentorum, vtrum ex omnibus erit anima, an non?

a *S. Th. Auerroes Philoponus.*

2 Sed non videntur communia eſſe omnium elementa. Num igitur quæcunq; ſubſtantiarum ſunt, ex his ſolis?

3 Quomodo igitur cognoſcit & aliorum vnumquodque?

4 An dicent vniuſcuiuſq; generis eſſe elementa, & propria principia, ex quibus animam conſtare? Erit ergò & quantitas, & qualitas, & ſubſtantia.

5 Sed impoſſibile eſt ex quātitatis elementis eſſe ſubſtantiam, & non quantitatem.

quo eſt, cætera autem omnia prorſus ignorabit. 3 Sextò effugere non poteſt Empedocles, quin Deum omnium animalium inſipientiſſimum efficiat. Cum enim Deus, quem ſphęrum vocat, quatuor elementorum concreatione, ſola intercedente concordia extiterit, 4 diſcordiam, quæ nullas in hac molitione partes habuit, ignorabit ſolus: 5 cum omnia tamen animalia interitui ſubiecta ex omnibus compoſita elemẽtis omnia quoq; elementa percipere, atq; cognoſcere queant.

Septimo ſi 1 ex elementis anima eſt, quæ in hac rerum vniuerſitate mixta exiſtunt corpora anima prædita erunt; 2 ſiquidem omnia, aut elementa ſunt, aut ex elementis conſtant, ſiue vnum tantummodo elementum, ſiue plura, aut omnia ad cuiuſque rei compoſitionem concurrant. 3 Quare vnumquodque corpus, aut vnum aliquod, aut quędam, aut omnia elementa cognoſcet. Sed abſurdum hoc eſſe, & ipſe fatetur Empedocles.

Denique 1 iure optimo dubitabit aliquis quidnam ipſa contineat elementa, ex quibus anima reſultat: 2 Elementa enim perinde, ac materia ab aliquo, vt à forma regi, & contineri debent. 3 At id cuius munus eſt vnire atque continere elementa nobiliſſimum quid,

rabit, omnia enim alia.
5 Accidit autem & Empedocli, inſipientiſſimum eſſe

4 Solus enim elementorum vnum nõ cognoſcet, ipſam diſcordiam.
5 Mortalia autem omnia, ex omnibus enim vnumquodque.

Tex. 81.
1 Omnino autẽ propter quã cauſã non omnia, quæ ſunt, habent animam?
2 cum omne aut elementũ ſit, aut ex elemento vno, aut pluribus, aut omnibus?
3 Neceſſe enim eſt vnum aliquo cognoſcere, aut quædam, aut omnia.

Tex. 82.
1 Dubitabit autem vtiq; aliquis, & quid eſt vnum faciens ipſa.
a Simplicius 8. Th.
2 Materiæ enim ſimilia ſunt elementa.
3 Principaliſſimum eſt enim illud quod continet, quodcumque eſt.

Digitized by Google

quid, ac præſtantiſſimum eſſe oportet. 4 Anima autem melius quicquã, & præclarius eſſe impoſſibile eſt; 5 & adhuc magis impoſſibile videtur aliquid ipſo intellectu nobilius reperiri, 6 qui, vt certa dictat ratio, antiquiſſimus, ac diuiniſſimus eſt, alijſque omnibus ſuapte natura dominari potius, quàm parere ſolet. Quare ſi ex elementis anima eſt, nihil prorſus aſſignabile erit, quod ipſa regere, & continere queat. 7 Adde etiam quod cum prima entia ſint elemẽta, prius aliquid non erit à quo vniri ſimul, & cohiberi poſſint.

At verò 1 quas de anima definitiones protulerunt Veteres 4 omnibus animabus haudquaquam eſſe communes videntur, ſiue animam cognoſcitiuam, ac ſenſitiuam ſubſtantiam ex omnibus elementis conflatam, ſiue ens quoddã motiuum maximè eſſe dicant. 2 Neque, n. omnia, quæ ſenſitiuam habent animam loco motiua ſunt, 3 ſed animalium quędam, vt conchæ, & cætera lapidibus affixa prorſus immobilia videntur, cum etſi aliquo cieantur motu, eo tamen, qui tendit ad locum, deſtituta ſint, quo 4 anima dumtaxat nullo extrinſecus adiuuante animalia mouet. Ex quo defiitio, qua animam loco motiuam maximè eſſe exiſtimarunt Veteres, haudquaquam ſufficiens eſſe videtur. 5 Eodem

4 Anima autem aliquid eſſe melius & præſtantius, impoſſibile eſt.

b Themiſtius.

5 Impoſſibilis autem adhuc intellectu.

6 Rationabiliſſimum.n. eſſe hunc antiquiſſimum, & dominum ſecundum naturam.

7 Elementa autem dicunt eſſe prima entium.

Tex. 85.

1 Omnes autẽ, & qui ex eo, quod cognoſcit, & ſentit ea, quæ ſunt, ex elementis dicunt ipſam, & qui maximè motiuum, non de omni anima.

a Themiſtius Simplicius.

2 Neq; enim ſententia omnia motiua.

3 Videntur enim eſſe quædam animalium mãſiua ſecundum locum.

4 Et tamen videtur hoc ſolo motu mouere anima animal.

5 Similiter autem & quicum

dem autem modo & illi quoque errant, qui intellectiuam, ac ſenſitiuam animã ex omnibus eſſe compoſitam elementis aiunt. 6 Nam & vita fruuntur plantæ, quæ nec loco motiuæ, nec ſenſu prædita ſunt, 7 atque alia complura exiſtunt animalia, quæ intellectu carent.

Quod 1 ſi quis fateatur animam, a nec eius loco motiuum eſſe, nec intellectiuũ, nec ſenſitiuum, ſed eam ex his tribus eſſe conſtatam, eandemq; ſpecie in omnibus animalibus exiſtere cenſeat, 2 is tamen nec de anima in vniuerſum loquetur, plantis cognitione, ac ſenſu deſtitutis, nec ſingillatim de vnaquaque, alijs omiſſis facultatibus, quibus anima neceſſario prædita eſt. 3 Eodem recidit, quod in metricis carminibus de anima protulit Orpheus, admixtam aeri quem inſpirando attrahimus, atque afflatu ventorum latam ingredi animam dicens. 4 Neque enim poſſibile eſt hoc plantis accidere, nec animalium quibuſdam abſque reſpiratione vitam agentibus. 5 Hoc tamen ſic opinantem Orpheum latuit.

Sed 1 quamuis animam ex elementis conficere oporteat, ex omnibus tamen eam conſtituere, vt omnia percipiat elementa, neceſſe non eſt. 2 Altera namq; contrarietatis parte conſtare ſufficit animam, vt ipſam, & oppoſitam diſcernere.

que intellectũ & ſenſitiuum ex elementis faciunt.

6 Videntur enim plantæ viuere, non participantes latione, neque ſenſu.

7 & animalium multa intelligentiam non habere.

Tex. 84.

1 Si autem aliquis & hæc cõcesserit, poſueritque intellectum partem aliquam animæ, ſimiliter autem & ſenſitiuum,

a *Simplicius Themiſtius.*

2 neque vtiq; ſic dicent de omni anima, neque de tota, neque de vna.

3 Hoc autẽ ſuſtinuit, & quæ eſt in Orphicis vocatis carminibus, ratio, dicit enim animam ex toto ingredi reſpirantibus, latam à ventis.

4 Non poſſibile itaq; plantis hoc accidere, neque animalium quibuſdam; ſiquidem non omnia reſpirant.

5 Hoc autem latuit ſic opinantes.

Tex. 85.

1 Si verò ex elementis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus.

2 Sufficiens enim eſt altera pars contrarietatis ſeipſam dijudicare, & oppoſitam.

re queat, eadem ratione, qua habitu, ac forma priuationem cognoſcere apta eſt. Exemplo hoc manifeſtum fieri poteſt. 3 Nam recto & ipſum rectum, & obliquum dijudicamus, cum regula, quæ linea recta eſt, & rectam, & obliquam iudicet lineam, 4 obliqua autem, nec recta, nec obliqua percipi queat. Quare cum anima ex duobus tantummodo elementis conflata, & ipſa, & contraria cognoſcere apta ſit, inconueniens erit eam ex omnibus elementis eſſe compoſitam aſſerere. At 1 alij extiterunt Philoſophi, a qui & ipſa elementa, & quæcumque in hac rerum vniuerſitate aſpectamus, anima prædita eſſe arbitrati ſunt. 2 Vnde Thales hac fortaſſe opinione motus omnia Dijs plena eſſe putauit; ſiquidem ipſum Deum per omnes mundi partes iniectã, & infuſam eſſe animam cenſuit. 3 Sed varias, ac plurimas hęc opinio quęſtiones habet. 4 Quam enim ob cauſam in aere, & igne, cæteriſque elementis exiſtens anima, non ipſa animalia conſtituit, quemadmodum corpora mixta, quæ ob inexiſtentem animam communi cõſenſu animalia dicuntur? Elementa enim potius animalia, quam corpora mixta eſſe deberent, cum eorum animam præſtantiorem eſſę putent. 5 Atq; id quiſpiam quæret, qua dę cauſa anima

ma

3 Recto enim & ipſum, & obliquũ cognoſcimus: iudex enim vtrorumq; regula.

4 Obliquum autem neq; ſui ipſius, neque recti.

Tex. 86.

1 Et in toto autem quidam ipſam mixtam eſſe dicunt.

a S. Thomas.

2 Vnde fortaſſis & Thales opinatus eſt omnia eſſe plena Dijs.

3 Hoc autem habet quaſdã dubitationes:

4 Propter quam enim cauſã in aere, aut in igne, anima cum ſit, non facit animal, in mixtis autem, præſertim cũ melior in illis eſſe videatur anima?

5 Quæręt autem vtique aliquis, & quã ob cauſam quæ in aere anima, ea, quæ in

ma quæ in aere ineſt, ea præſtabilior, & immortalior ſit, quæ in animalibus reperitur.

Quicquid [1] autem hi auctores aſſerant abſurdum, & inconueniens admittere coguntur. [2] Etenim ſi ignem, aut aerem eſſe animalia dicunt, eò vrgentur, quod hæc elementa nec ſentire, nec intelligere queant. [3] Si verò animalia eſſe negent, propriam deſtruunt ſententiam, qua in elementis ineſſe animā cenſent. Quare in toto vniuerſo, atq; ipſis elementis animam reperiri ab omni prorſus ratione alienum eſſe videtur.

Quæ [1] autem hos Philoſophos impulit ratio, vt animam in omnibus exiſtere elementis aſſererent, hæc fuit. [2] In elementis [a] totum, & pars eiuſdem ſpeciei ſunt, pars namque ignis, & aeris eandem cum toto igne, aut aere naturam habet. At ob partem aeris in corporibus animalium media inſpiratione interceptam, propriam animalia conſequuntur animam: quare pars aeris, quā inſpirando attrahimus animam potiſſimū habebit. Quod ſi pars aeris eandē cum toto aere obtinet naturam, & totus vtique aer anima præditus erit. Sed hæc opinio, vt ego arbitror, maximè deficit. [3] Nam ſi ex eo [b] quod aeris portio animalium ingrediens corpora, eaque anima infuſa animalia conſtituens prædi-

animalibus, melior eſt, & immortalior.

Tex. 87.

1 Accidit autem vtroq; modo inconueniens, & irrationabile.

2 Etenim dicere animal ignē, aut aerem, irrationabilium eſt.

3 Et non dicere animalia, cū anima inſit, inconueniens eſt.

Tex. 88.

1 Opinari autem videntur, animam eſſe & in his,

2 quoniam totum cum partibus eiuſdem ſpeciei eſt.

a Simplicius.

3 Quare neceſſariū ipſis dicere & animam eiuſdē ſpeciei cū partibus eſſe, ſi quia intercipitur aliquid conti-

Digitized by Google

nentis in animalibus, animata animalia ſiunt.

b Themiſtius.

4 Si autẽ aer quidem diſcerptus eiuſdem ſpeciei ſit, anima autem diſſimilium partium

5 hoc quidẽ aliquid ipſius inerit, vt patet, aliud autem non inerit.

6 Neceſſe eſt igitur ipſã aut ſimilium partium eſſe, aut non ineſſe in qualibet parte totius.

prædita anima eſt, totus quoq; aer animam habet, eadem inter totum aerem, ac partes exiſtente natura, vniuerſam animam, quæ totum conſtituit aerem, eiuſdem rationis cum ſingulis animabus eſſe, quas animalia quæq; obtinent affirmare cogitur. At hoc falſum, & impoſſibile eſſe ex eorum dictis colligi poteſt. Nam eam quæ in aere exiſtit animam incorruptibilem, & immortalem eſſe aiunt, eam verò, quæ in animalibus ineſt, corruptioni eſſe obnoxiam cenſent: quare anima, quæ in toto aere, eiuſque partibus animalibus permixtis reperitur, eiuſdem minimè rationis eſt. 4 Nec verò quiſpiam dicat etſi partes aeris, quas inſpirando attrahunt animalia, eiuſdem naturæ cum toto aere ſint animæ tamen partes, quæ ſingula animalia conſtituunt, diuerſæ rationis ab vniuerſa anima eſſe, quæ totum informat aerem. Nam totus aer, eiuſq; partes eandem minimè habebunt naturam, animatis corporibus ob eas, quas obtinent animas, ſpecificam ſortientibus naturam; 5 ac proinde non in toto quidẽ aere, ſed in partibus dumtaxat animalibus permixtis anima erit. 6 Quapropter neceſſe eſt, aut animam eiuſdem naturæ in toto aere, eiuſq; partibus eſſe, aut in toto, & in qualibet aeris parte haudquaquam reperiri. Quorum alterũ

qui-

quidem abſurdum eſt, alterum autem maximè refugiunt Veteres. 7 Manifeſtum igitur ex dictis eſt, nec animæ cognitionem ex eo competere, quod conſtet ex elementis, nec verè, recteq; dici motum eidem ineſſe. Atq; hæc ad veterum opiniones de anima refutandas dicta ſint ſatis.

7 Manifeſtum igitur ex dictis eſt, quod neceſſe cognoſcere ineſt animæ, propterea quod ſit ex elementis, neque moueri ipſam bene, atque vere dicitur.

1 Sed 1 quoniam cognoſcere, ſentire, & opinari, adhuc autem concupiſcere, deliberare, & appetere ipſius animæ operationes ſunt, atque animalium motus ad locū ab anima fit, & inſuper accretio, ſtatus, ac decretio, iure optimo quiſpiam quæret, 2 vtrum vna tantummodo anima hæc omnia præſtet, & intelligat, & ſentiat, aliaq; ſiue agendo, ſiue patiendo obeat munera, an verò plures concedendæ ſint animæ, quæ aſſignatas efficiant operationes. 3 Præterea vtrum viuere in quacumque harum operationum ſeorſim ſumpta, aut in pluribus, aut in omnibus conſiſtat, an verò aliqua alia operatio ſit, qua viuere dicamur.

Tex 89.

1 Quoniam autem cognoſcere animæ eſt, & ſentire, & opinari, adhuc autem concupiſcere, & deliberare, & omnino appetitus, fit autem & ſecundum locum motus ab anima animalibus, adhuc autem & augumentum, & ſtatus, & decrementum,

2 vtrum toti animæ vnumquodq; horum ineſt, & tota & intelligimus, & ſentimus, & aliorum vnumquodq; facimus, & patimur, an partibus alijs alia.

3 Et ipſum etiam viuere, vtrū in aliquo horum eſt vno, aut in pluribus, aut in omnibus, an & aliqua alia cauſa eſt.

1 Aiunt 1 quidam, vt Plato, animam ſubſtantia, ac ſubiecto partibilem eſſe, & aliam quidem qua intelligimus in cerebro ponunt, aliam qua appetimus in corde, aliam verò, qua iraſcimur in hepate conſtituunt. Sed pluribus hæc opinio difficultatibus vrgetur. 2 Nam quæ-

Tex 90.

1 Dicunt itaque quidam partibilem ipſam, & alia quidem intelligere, alia autem concupiſcere.

2 Quid igitur continet ani-

Digitized by Google

mam ſi partibilis eſt natura?

4 *Themiſtius Simplicius*.

3 Non enim vtique corpus.

4 Videtur enim contra magis anima corpus continere.

5 Egrediente enim expirat, & putreſcit.

Tex. 91.

1 Si igitur aliquid aliud vnũ ipſã facit, illud maximè vtiq; erit anima.

2 Oportebit autem iterum & illud quærere, vtrum vnum, an multarum partium ſit.

3 Si enim vnum eſt, propter quid non mox, & animam vnum eſſe?

4 Si verò partibile, iterum ratio quæret, quid eſt continens.

5 Et ſic vtiq; procedet in infinitum.

Tex. 92.

1 Dubitabit autem aliquis & de ipſius partibus, quã potentiam habeat vnaquęque in corpore.

ri, 4 non iniuria poteſt, quid vnam efficiat, contineatq; animam, vt vnum conſtituat viuens, ſi partibilis in plures exiſtens animas diſtinctas loco ſibi corporis partes vendicat. 3 Neque enim corpus eſt, quod diuiſas, & ſeiunctas animæ partes continet, ac vnit, vt ex ijs vnum conſtituatur viuens, 4 cum anima potius continere corpus, atq; vnum efficere apta ſit. Exiſtẽte namq; anima permanet, ac viuit corpus, 5 egrediente vero diſſoluitur, atq; putreſcit.

Quapropter 1 ſi quid animas continendi, & cohibendi vim habet, id profecto eſſe animam probabile eſt. 2 At ſi hoc eſt, iterum & illud quærere oportebit, vtrum continens hæc anima vna ſit, an verò plures quoque partes habeat. 3 Quod ſi eſt vna, cur & priorem non aſſerimus vnam eſſe animam, quæ omni prorſus diuiſione careat? 4 Si verò partibilis eſt, rurſus quæri poterit, quidnam ipſam contineat ac vniat. 5 Atque hoc pacto fiet in infinitum abitio. Dicendum ergò eſt plures nequaquam eſſe animas, quæ in diuerſis corporis partibus reſideant, ſed vnicam dumtaxat eſſe animam, quæ & totũ informet corpus, & vnum conſtituat viuens.

Præterea 1 ſi partes animæ in diuerſis corporis partibus exiſtant, dubium valde eſt quomodo vnaquæque earum ſuas

ſuas operationes in determinato ſubiecto exerceat.[2] Sicut enim tota anima, totum continet corpus, ita & ipſius vnamquamque partem aliquid corporis continere rationabile eſt.[3] At hoc impoſſibile videtur. [4] Neque enim etiã fingere aliquam corporis partem licet, quam vt certum, ac determinatum ſubiectum intellectus contineat; ſiquidem propriam abſque organo corporeo actionem expleat. Non igitur anima ſecũdum ſubſtantiam in plures diuiditur partes, quæ diuerſas corporis partes ad proprias operationes edendas poſtulent.

Denique non ſolum animæ partes diuerſas ſibi corporis partes non vendicant, ſed eas in omnibus reperiri neceſſe eſt.

[1] Etenim plantas deciſas viuere conſpicimus, & animalium inſectorum nõnulla, quippe quæ animam, etſi haudquaquam numero vnam, & indiuiſibilem, eandem tamen ſpecie obtineant. In his ergo ante corporis diuiſionem numero vna exiſtebat anima per totũ corpus diffuſa. Manifeſtum antecedẽs eſt, [2] quandoquidem vnaquæq; deciſi animalis pars ſenſum habeat, & ad certum aliquod tempus loco moueatur.

Dices animam ad diuiſionem corporis nequaquam diuidi, quoniam deciſæ

2 Si enim tota anima totum corpus continet, conuenit & partium vnamquamque continere aliquid corporis.

3 Hoc autem aſſimilatur impoſſibili.

4 Quam.n. partem, aut quomodo intellectus cõtinebit, difficile eſt etiam fingere.

Tex. 91.

1 Videntur autem, & plantæ viuere diuiſæ, & animalium inſectorum quædam, tanquã habentia eandem animã ſpecie, etſi non numero.

2 Vtraque enim partium ſenſum habet, & mouetur ſecundum locum ad aliquod tempus.

animæ partes ad longum tempus minime permaneant.

Tex 94.

[1] Si autem non permanent, nullum inconueniens eſt, inſtrumenta enim non habent, quibus ſaluent naturam.

[2] Sed nihilominus in vtraq; partiũ omnes inexiſtunt partes animæ.

At [1] nullum inconueniens eſt, ſi animæ partes proprijs deſtitutæ inſtrumentis quibus neceſſarias ad vitam ſeruandam operationes edant, permanere nequeant. [2] Sed neceſſe tamen eſt facta animalis diuiſione omnes remanere animæ partes, quibus & ſentire, & loco moueri, & vitam agere ſic deciſum queat animal. [3] Atque eiuſdem ſpeciei remanentes in deciſo animali partes ſunt, [4] non ſolum ad inuicem [a] quatenus eaſdem operationes edunt, quibus ſeiungi nullo pacto poſſunt, [5] ſed etiam cum tota anima, quæ ſecundum propriam ſubſtantiam ſpecie indiuiſibilis eſt. Quapropter manifeſtum eſt plures nequaquam eſſe animas in corpore animalis, quæ ſubſtantia diuiſæ, diſtinctas ſibi corporis partes vendicent, ſed vnam, & indiuiſibilem ſubſtantia animam eſſe per totum corpus diffuſam, quæ ob varias, ac diſtinctas, quas obtinet potentias, varias quoque ad vitam animalis ſeruandam requiſitas operationes edere queat. Et hæc de priori, quam propoſuimus quæſtione, dicta ſufficiant.

[3] Et eiuſdem ſpeciei ſunt ad inuicem, & toti.

[4] Ad inuicem quidẽ, tanquã quæ non ſeparabiles ſunt.

[a] *Philoponus.*

[5] Toti autem animæ tanquã indiuiſibili exiſtente.

Tex 95.

[1] Videtur autem, & quod in plantis, principium anima quædam eſſe.

Quod [1] vero ad poſteriorem quæſtionem attinet, exiſtimandum eſt principium exiſtens in plantis, quod anima quædam eſt, originem ac vitæ fontem eſſe;

eſſe. 2 Hæc enim ſola plantis, & animalibus communis eſt, atq; à ſenſitiua quidem anima, ac intellectiua ſeparabilis eſt, vt ipſæ oſtendunt plantę, intellectiua autem, ac ſenſitiua ab hac anima ſeiuncta eſſe nequit. Quare manifeſtum eſt animam, quæ in ſolis exiſtens plantis nutritionis, & auctionis principium eſt, vitæ originem ac fontem eſſe.

2 Hæc .n. ſola communicant & animalia, & plantæ, & hęc quidem ſeparatur à ſenſitiuo principio. ſenſum autem nihil habet ſine hoc.

AVGVSTINI PALLAVICINI EXPLANATIO PARAPHRASTICA.

IN LIBRVM SECVNDVM DE ANIMA.

QVONIAM 1 antiquorum iam opiniones circa eſſentiam, & quidditatē animæ verſantes traditæ, ac veluti falſæ reiectæ ſunt, neceſſariū eſt, 2 vt iterum contemplationem animæ ex propria aggredientes ſententia veram, & adæquatam eius eſſentiam, & communiſ-

Tex. 1.

1 Cum autem quæ à prioribus tradita ſunt de anima dicta ſint,

2 iterum tanquàm à principio redeamus, tentantes determinare quid eſt anima, & quæ vtique erit communiſſima ratio ipſius.

a Themiſtius.

Digitized by Google

muniſſimam rationem, ac definitionem, quæ omnes animas compræhendat, inueſtigemus. Vt autem hoc facilius aſſequamur.

Tex. 2.
1 Dicimus itaque vnũ quoddam genus eorum quæ ſunt, ſubſtantiam.
2 Huius autem aliud quidem ſicut materiam, quod ſecundum ſe quidem non eſt hoc aliquid,
3 aliud autem formã, & ſpeciem ſecundum quam iã dicitur hoc aliquid,
4 & tertium, quod ex his.
5 Eſt autem materia quidem potentia,
6 forma autem actus.
7 Et hoc dupliciter, hoc quidem ſicut ſcientia, illud autem ſicut ſpeculari.

Notandum eſt [1] ſubſtantiam vnum quoddam genus entis eſſe, hanc autem ſi corruptibilem tantummodo ſumamus Cœlo, ac Intelligentijs exceptis in tria veluti membra diuidi. [2] Quorum vnum materia eſt, quæ ſecundum ſe, ac ſeorſim ſumpta hoc aliquid non eſt, & eſſe actuale determinatum, ac ſpecificum non habet: [3] aliud forma, ac ſpecies, quæ hoc aliquid conſtituit & ad eſſe actuale in aliqua ſpecie determinatum contrahit,: 4 aliud verò compoſitum, quod ex horum coniunctione reſultat. 5 Et materia quidem potentia eſt, cum ipſa nihil actu, ſed omnia poteſtate ſit, [6] forma verò actus, & perfectio eſt, ſecundum quam vnumquodque compoſitum in ſpecifico, & actuali eſſe conſtituitur. 7 Hic autem duplex eſt, alius quidem, qui aſſimilatur ſcientiæ, alius verò, qui ſpeculationi ſimilis eſt.

Tex. 3.
1 Subſtantiæ autem maximè eſſe videntur corpora,
2 & horum naturalia.
a *Themiſtius S. Thomas.*

Notandum ſecundo eſt [1] corpora cõpoſita, cum per ſe complete ſubſiſtant, maximè videri ſubſtancias eſſe: [2] ex his autẽ corpora naturalia [a] ſubſtantiæ magis rationem, quam artificialia obtinere,

re, [4] quippe horũ corporum principia ſunt, non ſolum quatenus ipſis, vt materia, ſubijciuntur, ſed etiam quatenus cauſa ſunt, vt ſubſtantiæ dicantur eſſe. [4] At naturalium corporum alia quidem vitam habent, alia verò non habent. [5] Dicimus autem proprie vitã operationes, quæ per ſe omnibus viuentibus competunt, vt nutritionem, auctionẽ, & decrementum. [6] Ex quibus manifeſte colligitur omne corpus naturale participans vita ſubſtantiam eſſe, [7] & non quamcunque, ſed compoſitam, etenim ipſi ſola eſt, quæ per ſe actu eſſe, ac ſubſiſtere poteſt.

Iam verò id, quo naturale corpus viuens in eſſe viuentis conſtituitur, ſubſtantia, ac forma corporis viuentis eſt, at anima id eſt, quo viuens corpus in eſſe viuentis conſtituitur, ergò anima ſubſtantia & forma eſt corporis naturalis viuentis. Negabunt fortaſſe Veteres maiorem huius demonſtrationis, [a] ac dicent animam tenuiſſimum quoddã eſſe corpus, quod aliud ob craſſitiem materiæ vicem gerens corpus vndique permeans in eſſe viuentis cõſtituit. Sed vt horum diluatur obiectio, ſic animam corpus nullo modo eſſe probo.

Nam [1] quia corpus viuens compoſitum eſt, vitamque habet, qua in eſſe viuentis conſtituitur, neceſſario anima, quæ

3 Hæc enim aliorum principia.

4 Naturalium autẽ, alia quidem habent vitam, alia autẽ non habent.

5 Vitam autem dicimus, quæ per ipſum fit alitionem, augumentationem, & diminutionem.

6 Quare omne corpus naturale participans vita ſubſtantia erit.

7 Subſtantia autem ſic, vt cõpoſita.

a *Alexander Primo de Anima c. 3. Themiſtius.*

Tex. 4.

1 Quoniam autem eſt corpus huiuſmodi, vitam enim habens, non vtique erit corpus anima.

Digitized by Google

quæ vitæ principium eſt, in corpore, vt in ſubiecto erit: 2 at corpus nullo pacto in ſubiecto eſt, neque vt pars actualis componens, neque vt inhærens ipſi. 3 ſed potius rationem ſubiecti, ac materiæ habet, ergò anima corpus eſſe nō poteſt. 4 Quapropter neceſſe eſt animā ſubſtantiam, & formam eſſe corporis naturalis potētia vitam habentis, a hoc eſt, compoſiti viuentis, quatenus operari potēs eſt, cum per eam viuens actu viuens ſit, & vitales poſſit operationes edere.

2 Non enim eſt eorum, quæ in ſubiecto, corpus.

3 Magis autem, ſicut ſubiectum, & materia eſt.

4 Neceſſe eſt ergò animā ſubſtantiam eſſe, ſicut formam corporis naturalis potentia vitam habentis.

a *Alexander Secundo de Anima. c. 5. 1 bemiſtius.*

Sed quoniam 1 hæc ſubſtantia, quæ viuentis corporis forma dicitur, actus eſt, erit neceſſario anima actus corporis naturalis potentia vitam habentis. Vt autem quomodo anima ſit actus intelligamus. 2 Exiſtimandum eſt actum diuidi in actum primum, & actum ſecundū. a Actus primus primus eſt forma ſubſtantialis abſtrahendo ab operatione quatenus ſolum informat materiā, & compoſitum hoc aliquid in propria ſpecie determinatum conſtituit, in quo aſſimilatur ſcientiæ, quæ habitus inhærens in anima eſt, quam exornat, ac perficit. 3 Actus verò ſecundus ipſamet formæ operatio eſt, in quo ſpeculationi ſimilis videtur, quæ propria ſciētiæ operatio eſt. 4 Ex his manifeſtū eſt animam eſſe actum primum, ſicut eſt ſcienti a

Tex 5.

1 Subſtantia autem actus, huiuſmodi igitur corporis act°.

2 Hic autem dicitur dupliciter: alius quidem ſicut ſcientia,

a *Themiſtius Simplicius.*

3 alius autē ſicut ſpeculatio.

4 Manifeſtum eſt ergo quod ſicut ſcientia.

ſcientia habitualis. Nam exiſtente anima primus ſemper actus exiſtit, quo proprium eſſe habet animal, actus vero ſecundus, quo animal operari contingit, non ſemper ineſſe videtur, ſed ſeparari aliquando, ac ſeiungi ſolet, ergo anima actus quidem primus, haud quaquam vero ſecundus eſt. Antecedens quoad priorem partem adeo clarum eſt, vt probatione non egeat. Quoad poſteriorem vero probatur: [5] etenim tam ſomnus, quam vigilia competit animali ratione animæ, ſiquidem ſolum animal vigilare, ac dormire dicitur, [6] at vigilia ſpeculationi ſimilis eſt, ſomnus autem ſcientiæ habituali, cũ vigilans operetur animal, dormiens vero actuali ſit operatione deſtitutum. Si igitur in ſomno exiſtens animal ab actuali ceſſat operatione, manifeſtum eſt ipſum exiſtente adhuc anima, qua in proprio eſſe conſtituitur, ab actu ſecundo, quo operari contingit, ſeparari aliquando, ac ſeiungi poſſe.

Præterea [1] ſcientia in eadem anima prior generatione eſt, quam ſpeculatio, prius enim ſcientia in anima ſit, deinde ſpeculatio, quæ ipſius operatio eſt: ex quo accidit rectè ſcientiam, & quamlibet formam ſubſtãtialem perficientem materiam, actum primum dici, ſpeculationem vero, & operationem formæ

[5] Ex eo enim quia ineſt anima, & ſomnus, & vigilia eſt.

[6] Proportionale autem vigilia quidẽ ſpeculationi, ſomnus autem habitui non exeũti in actum.

Tex 6.

[1] Prior autem generatione in eodem ſcientia eſt.

actum ſecundum appellari, ſed ſcientiæ aſſimilatur anima, ergo actus primus anima eſt. Sicut enim ſcientia actus eſt, qui perficiat animam, ac ſcientem facit, ita anima actus eſt, qui perficiendo corpus naturale in actuali, ac determinato eſſe viuentis conſtituit. [2] Quare anima eſt actus primus corporis naturalis, potentia vitam habentis; [a] ſumpta potentia, non pro ea, quæ actus carentiam dicit, ſed pro ea, quæ actu eſſe poteſt. [3] Atque hoc quidē corpus cuius actus anima eſt organicum eſſe debet, ac varijs inter ſe diſſimilibus partibus præditum, vt varias operationes ab anima prouenientes reddere poſſit. Hoc autē in omnibus animalibus adeo manifeſtum eſt, vt probatione nō egeat. [4] Et quamuis plantarum partes non habeant tantam diuerſitatem, quantam partes animaliū habent, videntur enim rudes, & indiſtinctæ earum partes, in ijs tamen varia etiam organa reperire licet. Sunt enim folia, pulpa, & radices, [5] & folia quidem ſunt ad tegendam pulpam, quæ fructū, ac ſemen ambit, [6] hęc autem ad ipſum tegendum fructum, [7] radices vero trahendo alimento inſeruiunt: vnde ori animalium reſpondent. Quare manifeſtum eſt, non ſolum animalia, ſed etiam plantas organicas partes habere.

2 Vnde anima eſt actus primus corporis naturalis potētia vitam habentis.

a *Themiſtius Simplicius.*

3 Tale autem quod vtiq; ſit inſtrumentale.

4 Inſtrumenta autem & plantarum partes ſunt, ſed penitus ſimplicia:

5 vt folium eius, quod circa fructum cooperimentum,

6 id autem quod circa fructum, fructus.

7 Radices verò ori ſimiles ſunt, vtraque enim trahunt alimentum.

Digitized by Google

Si igitur [a] communis aliqua definitio eſt, quæ omnibus animabus competat, [2] ea certè erit actus primus corporis naturalis organici. [a] Neque enim neceſſe eſt addere potentia vitam habentis, cum hoc ipſo quod corpus organicum ſit, ad varias animæ operationes reddendas aptum exiſtat. Immo rectè magis organicum dicitur corpus, quàm potentia vitam habens, quoniam reſpectum ad plures operationes, ad quas anima ſuapte natura potens eſt, clare exprimit. [3] Ex his patet quærendum nõ eſſe quomodo ex anima, & corpore vnũ fiat, [4] ſicut neque etiam quærenda cauſa eſt, cur ex cera, & figura, & omnino ex quacunque materia, & eius forma vnum exiſtat. Hoc enim materiæ, ac formæ naturam conſideranti manifeſtum erit. [5] Nam cum multipliciter ens, & vnum dicantur, [b] videlicet potentia, & actu, [6] eatenus verè, ac propriè ens aliquid eſt, quatenus actu exiſtit: neque enim propriè id ens eſſe dicimus, quod ſola potentia ens dicitur. Atque ſi ens, & vnum ſe ſe viciſſim ſequantur ob eandem cauſam, ob quam actu aliquid exiſtit, & vnum vtique propriè erit. At compoſitũ animatum ob animam, quatenus organicum actuat, ac perficit corpus actu exiſtit, ergo & vnum quoque actu eſſe ob eandem animam iure cen-

Tex. 7.

1 Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere,

2 erit vtiq; primus actus corporis naturalis inſtrumẽtalis,

a *Alexander l. 2. nat. quaſt. c. 8. Themiſtius.*

3 Vnde non oportet quærere, ſi vnum eſt anima, & corpus,

4 ſicut neque ceram, & figuram, neque omnino vniuſcuiuſque materiam, & id cuius materia.

5 Vnum enim, & eſſe cum multipliciter dicatur,

b *Simplicius. Auerroes S. Tho.*

6 quod proprie eſt, actus eſt.

ſcendum eſt. Quare nos animam corporis naturalis eſſe actum exiſtimantes, atque indagantes cauſam, ob quam vnũ compoſitum ex corporis, & animæ coniunctione reſultet, idem minime vrget labor, quem Veteres animam eſſe corpus arbitrantes vrgere neceſſe eſt.

Tex. 8.

1 Vniuerſaliter igitur dictũ eſt, quid ſit anima.

2 Subſtantia enim eſt, quæ ſecundum rationem,

3 hoc autem eſt quod quid erat eſſe huiuſmodi corporis,

Communis igitur, 1 & vniuerſalis animæ definitio, quæ omnes complectatur animas tradita eſt. Etenim ſubſtantia anima eſt, ac eſſentia corporis viuentis, quæ per ipſius definitionem ſignificatur, 3 hæc autem quidditas, & forma ſubſtantialis eſt, per quam corpus organicum in eſſe viuentis conſtituitur. Sed manifeſtò à rebus arte factis ſumpto exemplo demonſtrari hoc poteſt. 4 Nam ſi inſtrumentorũ aliquod naturale eſſe corpus imaginemur, vt ſecurim, non quidem vt ferrum, ſed vt inſtrumentum eſt ad inciſionem aptum, 5 certè forma, & figura inciſiua, ſeu ratio, propter quam in ſecuri nunc potentia incidendi eſt, ipſius quidditas, ac ſubſtantia erit. 6 Qualis igitur dicta ratio eſt reſpectu ſecuris, talis eſt anima reſpectu corporis viuentis, & quia ratio ſecuris ſubſtantia eſt, per quam ipſa habet eſſe, ita & anima quidditas, ac forma erit, per quam viuens in eſſe viuentis conſtituitur. Perſpicuum autem eſt ſecuris rationem, ſi naturale

4 Sicut ſi aliquod inſtrumentorum naturale eſſet corpus, vt ſecuris.

5 Eſſet enim ſecuri eſſe ſubſtantia ipſius,

6 & anima hoc.

corpus

corpus eſſet, ſubſtantiam ipſius, & quidditatem eſſe. [7] Nã tali ſecuris ratione ſeparata deficeret omnino, atque à proprio eſſe remoueretur, nec amplius ſecuris eſſet, niſi equiuoce, proprio acumine deſtituta, quo apta ad ſcindendum erat, etſi ſecundum externã quandam apparẽtiam in materia remaneret, ſecundum quam videretur quidem ſecuris, ſed ſcindendi facultatem non haberet. Atqui eadẽ ratione anima ab ipſo corpore ſciuncta, non amplius viuẽs remaneret corpus, niſi æquiuoce, perinde ac ſi ligneum, aut lapideum eſſet. Quare ſi id viuentis eſſe formam, ac ſubſtantiam cenſemus, per quod viuens dicitur viuens, & quo primo, ac per ſe ablato viuentis eſſe aufertur, iure animam eſſentiam, & quidditatem corporis viuentis eſſe arbitrandum eſt. [8] Sed reuera corpus naturale organicum haudquaquam ſecuris eſt. Quoddam enim artefactum inſtrumentum videtur, quod ab extrinſeco motore ad efficiendum opus dirigitur: [9] at corpus viuens cuius eſſentia, & quidditas anima eſt, tale quidem qualis ſecuris non eſt, [10] ſed naturale eſſe oportet, cum in ſeipſo motus, & quietis principium habeat.

Sed [1] vt clarius appareat animam eſſe quidditatem, & ſubſtantiam corporis

7 Separata autem hac, non vtique amplius ſecuris eſſet, niſi æquiuoce.

8 Nunc autem eſt ſecuris.

9 Non .n. huiuſcemodi corporis ipſum quid erat eſſe, & ratio anima

10 ſed naturalis huiuſcemodi habentis in ſeipſo principium motus, & ſtatus.

Tex. 9.

1 Cõſiderare autẽ & in partibus oportet, quod dictũ eſt,

ris viuentis, quod in ſecuri conſideratũ eſt, in ipſis etiam corporis animati partibus conſideremus. [2] Si igitur imaginemur oculum, qui eſſentialiter inſtrumentum eſt ad aliquem finem ordinatũ, animal eſſe, [3] eſſentia vtique & anima ipſius videndi facultas erit. [4] Hęc enim oculi eſſentia per ipſius definitionem ſignificata eſt, [5] atque in oculo * ratione corporis incluſi tanquam in propria materia ineſt. Manifeſta autem hoc ratione patet. [6] Nam ſi videndi facultas deficiat, non amplius remanet oculus, niſi æquiuocè, ineptus ad operandum exiſtens, [7] perinde ac lapideus, & depictus, ergo facultas videndi propria oculi eſſentia, & quidditas eſt. [8] Quod igitur in parte animalis contingit, in toto etiam viuente corpore proportionaliter accidere exiſtimãdum eſt. [9] Sicut enim videndi facultas, quæ ſi oculus eſſet animal, ſenſitiuæ animæ pars eſſe deberet, corporis partem, videlicet oculum informat, ac eſſentialiter conſtituit, cum ipſa deſinente & oculus vtique eſſe deſinat, [10] ita arbitrandum eſt totam animam ſenſitiuam totum viuens corpus informare, quatenus ſenſitiuum eſt, & veram ipſius eſſentiam, & quidditatem eſſe; quandoquidẽ ſenſitiua ablata anima, & ipſum quoq; animal auferri contingat. Quapropter manifeſtum eſt cũ viden-

2 Si enim eſſet oculus animal,

3 anima vtiq; ipſi viſus eſſet.

4 Hic .n. eſt ſubſtantia oculi, quæ ſecundum rationem,

5 oculus autem materia viſus eſt:

* *Alexander apud Simplicium Themiſtius.*

6 quo deficiente nõ amplius eſt oculus, niſi æquiuoce,

7 ſicut lapideus, aut depictus.

8 Oportet igitur accipere qđ eſt in parte, in toto viuente corpore.

9 Proportionaliter namq; habet, ſicut pars ad partem,

10 totus ſenſus ad totũ corpus ſenſitiuum, ſecundũ qđ huiuſmodi.

Digitized by Google

videndi facultas oculum animal ſeparatum conſtituat, & primum in eo operationis principium ſit, & ipſam vtiq; animam, non ſolum actum primum eſſe à quo naturale corpus in eſſe viuentis conſtituitur, ſed etiam primum omnium operationum principium eſſe, quæ in corpore animato fiunt.

At [1] ne putet quiſpiam corpus potentia vitam habens anima deſtitutum eſſe, ad quam in potentia dicitur. [a] Aduertendum eſt corpus potentia vitam habens non eſſe id corpus, quod in potentia ſit ad animam recipiendam, [2] ſed animatum compoſitum eſſe, quod in potentia quidẽ ad vitales operationes eſt, quas efficere anima poteſt. [3] Semen autem, & fructus ex quibus, vt materia, animatum compoſitum fit, in potentia ſunt ad huiuſmodi corpus obtinẽdum, quod vitales edere operationes aptum ſit. [4] Quapropter concludendum omnino eſt, ſicut inciſio, & viſio operationes ſunt à ſecuri, & oculo prouenientes, [5] ita vigiliam, & ſpeculationem animæ actus, & operationes eſſe: [6] vt autem videndi facultas, & ſcindendi potentia actus primi ſunt, ille quidem oculi, hic autem ſecuris, [7] ita animam actũ primum, & eſſentiam corporis eſſe, qđ eam excipere aptum eſt: [8] & denique ſicut oculus ex pupilla, & videndi facultate

Tex. 10.

1 Non eſt autem quod abiecit animam, potentia exiſtẽs, vt viuat,

a *Simplicius Auerrois, S. Tho.*

2 ſed quod habet.

3 Semen autem, & fructus potentia huiuſmodi corpus eſt.

4 Sicut igitur inciſio, & viſio,

5 ſic & vigilia & actus.

Tex. 6.

6 Vt autem viſus, & potentia inſtrumenti,

7 ſic anima, corpus autẽ qđ potentia eſt.

8 Sed ſicut oculus eſt pupilla, & viſus, & ibi anima, & corpus animal.

tate conſtat, ita animal ex anima, & corpore conſtitutum eſſe.

Ex dictis [1] manifeſtè colligitur animam à corpore ſeparabilem non eſſe, [2] aut certè [a] quaſdam ipſius partes, nempè ſenſitiuam, & vegetatiuam, ſi in has partes anima ſuapte natura diuiſibilis eſt. [3] Hę namque ipſarum partium corporis actus ſunt, cum varijs corporeis partibus, tanquam inſtrumentis proprijs alligatæ ſint, atq; ijs ad proprias edendas operationes vtantur. [4] At verò [b] de intellectiua animæ parte dubium eſt, an ſit à corpore ſeparabilis; [5] nullius enim corporis actus videtur cum nullam certam actuet partem, quæ ipſi, vt proprium ad operandum inſtrumentum inſeruiat. [6] Præterea immanifeſtũ & illud eſt, [c] vtrum omnis anima corpus quod informat, ac perficit, quemadmodum nauta nauem media cognitione regere, ac gubernare queat. [7] Quid igitur ſit anima in vniuerſum accepta figura veluti adumbratum, & confuſe, ac leuiter deſcriptum eſt, propria enim ac diſtincta ipſius cognitio ex ſingularum animarum cognitione petenda eſt.

Sed quoniam [1] via cognoſcendi, quã innatam, & inditam habemus à natura, ea eſt, vt ex notioribus quidem nobis, natura autem ignotis, nempe communioribus, & confuſis, [2] in eorum cognitionem,

Tex 11.

1 Quod igitur non ſit anima ſeparabilis à corpore,

2 aut partes quaſdam ipſius, ſi partibilis nata eſt, non immanifeſtum eſt.

a Philoponus.

3 Quarũdam enim actus partium eſt ipſarum.

4 At verò quaſdam nihil prohibet,

b Alexander apud Philoponum.

5 propterea quod nullius corporis ſunt actus.

6 Amplius autem immanifeſtum, ſi ſit corporis actus anima, ſicut nauta nauis.

c Simplicius.

7 Figura igitur ſic determinatum, & deſcriptum ſit de anima.

Tex. 12.

1 Quoniam autem ex obſcuris quidem, manifeſtioribus autem,

2 fit certum, & ſecundum rationem notius,

tionem, ac certitudinem veniamus,quę ſuapte quidem natura ſunt nota, nobis vero ignota,vt pote ſingularia,ac diſtincta, 3 traditam animæ definitionem, a quæ eius naturam analogam communiter acceptam exprimens confuſa, & imperfecta eſt, aggredi, eandemque magis diſtinctam,ac perfectam propria animæ analogata diſtinguendo repetere tentandum eſt. 4 Non enim ſolum oportet definitionem oſtendere, quod aliquid ſit,ac eſſentiam rei confuſe ſignificare, 5 ſicut plures definitiones faciunt, & ea præſertim,quam attulimus de anima,quæ commune ſolum animæ nomen analogum exprimens cōfuſa, & imperfecta eſt,perinde ac definitio accidentis, quæ demonſtrationis cōcluſio eſt; 6 ſed cauſam, aut aliquid proportionale cauſæ explicare, atq; expreſſe indicare neceſſe eſt, eamque afferre definitionem, quæ propria animæ analogata diſtinguens per ea ſuapte natura priora tradatur, & maiorem eſſentiæ animæ cognitionem largiatur,ſimiliſque proinde ſit accidentis definitioni, quæ demonſtrationis principium eſt, atque illius cauſam exprimit. 7 Sunt autem plurimę orationes b ſeu definitiones,quæ demonſtrationum concluſiones ſunt. Si enim quæratur quid ſit tetragoniſmus: 8 reſponderi poteſt eſſe conſtitutionem ſi-

L gura

3 tentandum eſt iterum ſic aggredi de ipſa.

a Auerroes.

4 Non enim ſolum ipſum q̄d ſit oportet definitiuam rationem oſtendere,

5 ſicut plures definitiones dicunt,

6 ſed & cauſam ineſſe apparere.

7 Nunc autem vt concluſiones rationes, definitionum ſunt, vt quid eſt tetragoniſmus?

b Philoponus.

8 Aequale altera parte longiori rectangulum æquilaterale eſſe.

guræ equilateræ; & equiangulæ, quæ ſit æqualis figuræ altera parte longiori. [9] Atq; hęc definitio eſt oratio demõſtrationis concluſionẽ ſignificans. [10] Quod ſi dicatur tetragoniſmum eſſe inuentionẽ mediæ lineæ, aſſignabitur allatę definitionis cauſa; quandoquidem ratio cur quadratum ſit conſtitutum æquale figuræ altera parte longiori, alia non eſt, præter inuentionem mediæ lineæ, ex qua conſtitutum efficitur quadratum.

9 Talis autem definitio ratio concluſionis.

10 Dicens autem quod tetragoniſmus eſt mediæ inuentio, rei cauſam dicit.

Vt igitur [1] definitionẽ, quæ non omnem ſolum comprehendat animam, ſed quoſcumq; animæ gradus exprimat inueſtigemus. Notandum eſt [2] ipſo viuere animatum ab inanimato determinari, ac diſtingui [3] Variæ autem, ac diuerſæ operationes [a] analogam inter ſe proportionem habentes eſſe videntur, quæ ipſis competunt viuentibus, & varios, ac multiplices viuentium gradus conſtituunt, [4] quarum inexiſtens aliqua gradum viuentis efficere apta eſt. [5] Hæ autem operationes ſunt, intelligere, ſentire, moueri, & quieſcere, nutriri, creſcere, & decreſcere.

Tex 13.

1 Dicamus igitur principium accipientes conſiderationis,

2 determinari animatum ab inanimato ipſo viuere.

3 Multipliciter autẽ ipſo viuere dicto,

a *Auerrois.*

4 & ſi vnum aliquod horum inſit ſolum, viuere ipſum dicimus,

5 vt intellectus, & ſenſus, & motus, & ſtatus ſecundum locum, adhuc autem motus ſecundum alimentum, & augumentum, & decrementum.

Ex his patet [1] non ſolum omnia animalia, ſed & omnes quoque plantas viuere, de quibus fortaſſe dubium videri poſſet. Etſi enim quemadmodum animalia, plures non habeant vitæ modos, vnum tamen habent, atque vnus vitæ modus

Tex 14.

1 Vnde & vegetabilia omnia videntur viuere.

modus gradum viuentis efficere poteſt. ² Nam in ſe ipſis potentiam, ac principium habent plantæ quo ad contraria etiam loca augumentum, ac decrementum ſuſcipere queũt. ³ Neq; enim ſurſum augetur ſolum, haudquaquam vero deorſum, ſed ſimiliter ad vtramque differentiam, atque ad omnes aluntur partes, & ſemper, ac inceſſanter viuunt, quouſque poſſunt alimentum recipere.

Notandũ ſecundò eſt ¹ genus viuendi, quod in accretione, & decretione conſiſtit, ab alijs vitæ generibus ſeiungi, ac ſeparatum exiſtere poſſe, ² alia autem vitæ genera ab hoc ſaltem in ijs, quæ corruptioni ſunt obnoxia, minimè ſeiũcta reperiri. Fortaſſe enim cæleſtiũ corporum animas, quæ intellectiuam agunt vitam abſque alijs vitæ generibus eſſe contingit. ³ Et quidem principium, quo aluntur, creſcunt, ac decreſcunt animata corpora ab alijs ſeparatũ eſſe, clare oſtendunt plantæ, ⁴ in quibus alia haud quaquam ineſt animæ potentia. Alia autem viuendi principia abſq; eo, de quo loquimur principio eſſe non poſſe, adeo clarum eſt, vt probatione non egeat.

Ex quibus ¹ manifeſtum eſt, animam vegetatiuam, quæ nutritionis, auctionis, & decretionis principium dicitur, formam eſſe, qua viuens in eſſe viuen-

2 Videntur .n. in ſeipſis habere potentiam, & principium huiuſmodi per quod augumentum, & decrementum ſecundum contraria loca ſuſcipiunt.

3 Non enim ſurſum quidem augẽtur, deorſum autẽ non, ſed ſimiliter in vtraq; & omnem in partem aluntur, & viuunt ſemper, quouſque poſſunt accipere alimentum.

Tex. 15.

1 Separari autem hoc quidẽ ab alijs poſſibile eſt.

2 Alia autem ab hoc impoſſibile in mortalibus.

3 Manifeſtum autẽ eſt in vegetabilibus.

4 Nulla enim ineſt ipſis potẽtia alia animæ.

Tex. 16.

1 Viuere igitur propter hoc principium ineſt omnibus viuentibus.

tis conſtituitur. Etſi enim aliarum operationum principia conſtituant viuens, id tamen proprie loquendo, non primo, ac per ſe efficiunt, ſed quatenus vegetatiuum principium ſupponunt, quod alijs multipliciter adiunctum principijs varios, ac multiplices viuentium gradus conſtituit.

2 Animal autem propter ſenſum primo.

Notandum tertio eſt 2 quemadmodum viuens ob auctionis, & decretionis principium, quatenus tale eſt, viuere dicitur, ita & animal ob ſentiendi principium in eſſe animalis primo, ac per ſe conſtitui. Neque enim motus ad locum animalis principium eſſe poteſt, 3 Nam ea, quæ nec tota mouentur, nec mutant locum, vt conchæ, & oſtreæ, quæ certæ, ac determinatæ parti affixa ſemper manent, 4 aliquo tamen ſenſu prædita ſunt, 5 non viuentia ſolum, ſed animalia quoq; dicimus. Nõ igitur motus ad locum id eſt, quo animal in eſſe animalis conſtituitur, ſi id alicui primo, ac per ſe minimè competit, quo poſito in eſſe quidẽ ponitur, ablato vero haudquaquam aufertur. Atque hic alius viuentis gradus à vegetatiuo eſt, qui ob ſenſitiuum principiũ vegetatiuo adiunctum exiſtit.

3 Etenim quæ non mouentur, neq; mutant locum,

4 habent autem ſenſum,
5 animalia dicimus, & non viuere ſolum.

Notandum quarto eſt 1 omnium ſenſuum tactum primò animalibus ineſſe, ac per eum animal in eſſe animalis conſtitui.

Tex 17.
1 Senſus autem primò ineſt omnibus tactus,

ſtitui.

ſtitui. 2 Atqui vt vegetatiuum à tactu, alijſq; ſenſibus ſeparatum eſſe poteſt, 3 ſic tactum à perfectioribus ſenſibus diuidi, vt viſu, olfactu, & auditu, ac ſeorſim exiſtere contingit. 4 Vegetatiuum autem illam animæ partẽ dicimus, quæ communis eſt omnibus animalibus, ac plantis. 5 Senſu verò tactus omnia animalia prædita eſſe conſtat. Quoniam ergò animal ob ſenſum tactus in eſſe animalis conſtituitur, atq; is ab alijs perfectioribus diuiditur ſenſibus, quibus animal remota, ſiue vtilia, ſiue noxia percipiens ad illa quærenda mouetur, & ab his lædentibus, ac interimentibus aufugit, tertium viuentis gradum conſtituere oportebit, quo animal ſuapte natura loco motiuũ ſit. Perfectiores enim ſenſus ad ſolam animalis conſeruationem conferentes, non quidẽ animal, vt animal eſt, ſed ipſum loco dumtaxat motiuum conſtituunt. At quartum viuendi genus ob principium intellectiuum conſiſtit, cum & omnibus competat hominibus, & abſq; eo potentia loco motiua eſſe queat. Ex his patet quatuor viuentium gradus eſſe, intellectiuum, ſenſitiuum, loco motiuum, & vegetatiuum, eoſque prioris, ac poſterioris ordinem habentes analogam inter ſe proportionem habere; quandoquidem & vegetatiuum abſque ſenſitiuo, & ſenſitiuum

abſq;

2 Et ſicut vegetatiuum poteſt ſeparari à tactu, & omni ſẽſu

3 ſic & tactus ab alijs ſenſibus.

4 Vegetatiuum autem dicimus huiuſmodi partem animæ, qua & plantæ participant.

5 **Animalia autem omnia videntur tangendi ſenſum habere.**

Digitized by Google

abſque loco motiuo, & loco motiuum abſque intellectiuo eſſe poteſt, cum tamen nec intellectiuum abſque loco motiuo, nec loco motiuum abſque ſenſitiuo, nec ſenſitiuum abſque vegetatiuo eſſe queat.

Propter quam [1] vero cauſam & vegetatiuum omni ſenſu deſtitutũ, & animal tactiuum abſque alijs ſenſibus eſſe contingat, poſterius determinãdum eſt. [2] Hoc autem in præſenti ratum, ac firmũ ſit, animam ſuapte natura principium eſſe, quod viuentium quatuor gradus analoga ſe ſe proportione reſpicientes conſtituit, [3] atque primum idcirco principium eſſe, quo viuens in eſſe viuentis, ſentiens in eſſe ſentientis, intelligens in eſſe intelligentis, & loco motiuum in eſſe loco motiui conſtituitur.

Sed [1] quæſtio eſt, [a] vtra ſingula viuentium principia quatenus in eodem inſunt viuente per ſe animæ ſint realiter diſtinctæ, an potius partes animæ, [2] & ſi animæ partes ſunt, vtrum ſola ratione, ac definitione, an ſubſtantia diſtinctæ loco, & ſubiecto differant, quemadmodum aiebat Plato. [3] Et quidem principia viuentium completas, ac perfectas nõ eſſe animas realiter diſtinctas, ſed eiuſdem partes animæ clarum, ac perſpicuum eſt. Partes vero animæ & ſubſtantia, & loco ſeparabiles non eſſe, ſi de

Tex 18.

1 Propter quam autem cauſam vtrumq; horum accidat, poſterius dicemus.

2 Nunc autem in tantum dictum ſit ſolum, quod anima eſt horum, quæ dicta ſunt, principium.

3 Et his definita eſt vegetatiuo, ſenſitiuo, cogitatiuo, motu.

Tex 19.

1 Vtrum autem vnumquodque horũ eſt anima, an pars animæ,

a Themiſtius.

2 & ſi pars, vtrum ſic vt ſit ſeparabilis ratione ſolum, an & loco:

3 de quibuſdam quidem horum non eſt difficile videre,

ſi de aliqnibus loquamur, nempe de parte vegetatiua, ſenſitiua, & loco motiua, facile determinari poteſt. 4 De intellectiua autem parte dubium eſſe videtur. Manifeſtum autem eſt has animæ partes in eodem viuente loco, aut ſubiecto ſeparabiles non eſſe.

Nam [1] quemadmodum in plantis [a] quædam partes diuiſæ, & ab inuicem ſeparatæ diu viuunt, [2] vna quidem in ijs actu exiſtente anima, quæ ob materialem extẽſionem, quam habet, in plures, ac varias partes diuiſibilis eſt, [3] ita in partibus, ac potentijs animæ, quæ in inſectis reperitur animalibus, accidere certum eſt, vt quædam eorum diuiſæ partes viuant, ſentiant, ac moueantur. Quæ ergo inſecta animalia dicimus, partes animæ haudquaquam loco, & ſubiecto diſtinctas obtinent, cum in vtraq; diuiſa parte inſint. Quod & de perfectis quibuſcunque alijs animalibus aſſerendum eſt, quorum animæ, etſi non remaneant cum diuiſis corporis partibus, realem tamen diuiſionem patiuntur, ob materialem extenſionem, quam è materię potẽtia eductę obtinent. 4 Et quidem vtramque in inſecto animali diuiſam partem ſenſum habere, ac localiter moueri, ex eo clare conſtat, quod ſi pũgantur, dolore impulſæ contrahuntur. 5 At ſi ſenſum obtinẽt, [b] & imaginationem,

4 quędam autem dubitationem habent.

Tex 20.

1 Sicut enim in plantis quædam diuiſę videntur viuere, & ſeparatæ ab inuicem,

a Auerroes.

2 tanquam exiſtente in his anima actu quidem vna in vnaquaque planta, potentia autem pluribus,

3 ſic videmus & circa alias differentias animæ accidere in ijs, quæ inciduntur in inſectis.

4 Etenim ſenſum vtraq; partium habet, & motum ſecundum locum.

5 Si autem ſenſum, & imaginationem, & appetitum.

b Auerroes.

Digitized by Google

Vbi enim ſenſus eſt, & dolor, & voluptas conſequitur.

7 Vbi autem hæc ſunt, ex neceſſitate & deſiderium eſt.

nem, & appetitum habent. [6] Nã vbi eſt ſenſus, & dolor, quo noxia ſentiri, & voluptas, qua percipi vtilia ſolent, conſequitur. [7] Vbi autem hæc ſunt, ex neceſſitate fugiendi, & proſequendi appetitus ineſt. At fugam & proſequutionem non cauſat obiectum, niſi quatenus ab ipſo animali, vt noxium, ac vtile concipitur. Quare & in diuiſis inſecti animalis partibus imaginatio quoque reperitur, quæ elicitum ab appetitu actum neceſſario præcedit. Manifeſtum igitur eſt aſſignatas animæ partes in eodem viuente loco, & ſubiecto ſeparabiles non eſſe, immo nec eiuſdem animæ potentias, & facultates in eo viuente disiungi, quod ob naturę imperfectionem in partes diſcerptum viuere poteſt.

Tex 21.

1 De intellectiua autem, & ſpeculatiua potẽtia nihil adhuc manifeſtum eſt.

2 Sed videtur genus aliud animæ eſſe, & hoc ſolum poſſe ſeparari, ſicut perpetuum à corruptibili.

De [1] intellectiua autem animæ parte, ac ſpeculatiua potentia nihil adhuc manifeſtum eſt. [2] Sed ſi communem hominum opinionem ſequamur, genus aliud animæ eſſe videtur, idq; ſolum ab alijs animæ partibus, vt perpetuum à corruptibili ſeparari, ac ſeorſim exiſtere poſſe. Homines enim intellectus operationem aduertentes, qua eſſentias rerum ſpeculatur agentis intellectus lumine adiutus, qui extrinſecus aduenit, & ſeparatus eſt, quandã præ ſe ferre diuinitatem ob talẽ coniunctionẽ, & immortalẽ proinde, ac ſeparabilem eſſe putant.

At

Digitized by Google

At [1] reliquæ animæ partes, vt ex dictis patet, loco, & ſubiecto, quemadmodum ſentit Plato, ſeparari nequeũt. [2] Immo cum in eodem inſint viuente ipſumq; ſimul informent, & conſtituant, nec ſubſtantia, ac realitate, ſed eſſentia dumtaxat, ac definitione differunt. [3] Nam opinari, ac ſentire, atque aliæ aſſignatæ operationes diuerſam habent definitionem, ergò, & principio ſenſitiuo, atque opinatiuo, cæteriſq; viuentium principijs alia, ac diſtincta competet definitio. Licet enim eadem anima opinetur, ac ſentiat, quatenus tamen eſt principium ſentiendi, atque opinandi variam quodammodo rationem, ac definitionem induit, atq; partes idcirco virtuales, vt ita dicam, habet.

Tex. 22.

1 Reliquæ autem partes animæ manifeſtum ex his, quod ſeparabiles non ſunt, ſicut quidam dicunt.

2 Ratione autem quod aliæ, manifeſtum eſt.

3 Senſitiuo enim eſſe, & opinatiuo aliud, ſiquidem & ſentire ab ipſo opinari: ſimiliter autem, & aliorum, quæ dicta ſunt, vnumquodque.

Preterea [1] quibuſdam animalibus aſſignatæ omnes animę partes inſunt; quibuſdam verò nonnullæ, alijs autem vnica dumtaxat ineſſe videtur. [2] Atque ex hoc varia, ac diſtincta viuentium genera prodeunt. [3] Propter quam verò cauſam id accidat, poſterius contemplandum eſt. [4] Idem quoq; & in exterioribus contingit ſenſibus. [5] Alia enim animalia omnes habent ſenſus, alia quoſdam, alia verò vnum tantummodo, nẽpe tactus ſenſum obtinent, qui ad animalis conſtitutionem maximè neceſſarius eſt. Si igitur partes animæ in diuerſis

Tex. 23.

1 Adhuc autem quibuſdam animalium omnia inſūt hæc quibuſdam verò quędam horum, alijs autem vnum ſolū.

2 Hoc autem facit differentiam animalium.

3 Propter quam autem cauſam ſic ſit, poſterius perſcrutandum.

4 Similiter autem & circa ſenſus accidit.

5 Alia enim habent omnes, alia verò quoſdam, quædam verò vnum maximè neceſſarium tactum.

Digitized by Google

ſis viuentium generibus ſubſtantia, ac realitate differunt, manifeſtum eſt in eodem viuente diuerſum conceptum, ac definitionem habere.

Sed vt ad noſtrum redeamus intentum, & diſtinctiorem, ac perfectiorem animæ definitionem venemur.

Sciendum eſt [1] principium, quo viuens, ac ſentiens in eſſe viuentis, ac ſentientis intrinſece conſtituitur, dupliciter dici, aliud quidem ſubiectum ipſũ, ac ſubſtratum, ex quo viuens, ac ſentiens, vt materia conſtat, aliud verò viuentis, ac ſentientis forma, & quidditas. [2] Hæc diuerſitas in ipſo principio, quo ſcientes efficimur ineſt. [3] Dicimus enim principium ſciendi, & ſcientiam eſſe, [4] & animam in qua tanquam in ſubiecto recipitur ſcientia. [5] Vtroque autem horum ſcientes dicimur, & ſcientia, & anima. [6] Idem in principio, quo ſani ſumus accidit. [7] Principium enim, aliud ſanitas eſt, [8] aliud verò, pars quædam corporis, aut etiam totum corpus, in quo ſanitas inducitur. [9] Atque horũ quidem ſanitas, ac ſcientia principium eſt, vt forma, ac ſpecies quædam, & ratio, atque vt actus eorum, quæ ſuapte natura ad hos actus, ac perfectiones recipiendas diriguntur. [10] Sic autem & ſcientia animæ, & ſanitas corporis actus, ac perfectio videtur: neque enim in

Tex. 24.

1 Quoniam autem id, quo viuimus, & ſentimus, dupliciter dicitur,

2 ſicut id, quo ſcimus.

3 Dicimus autem hoc quidẽ ſcientiam,

4 illud autem animam.

5 Vtroque enim horum dicimus ſcire.

6 Similiter autem & id, quo ſani ſumus,

7 aliud quidem ſanitas eſt,

8 aliud autem parte quadam corporis, aut etiam toto.

9 Horum autem ſciẽtia quidem, & ſanitas forma eſt, & ſpecies quædam, & ratio, & vt actus ſuſceptiuorum,

10 illa quidẽ ſcientifici, hæc verò ſani.

Digitized by Google

in quolibet ſubiecto ſine vllo diſcrimine quilibet recipitur actus,[11] ſed vnuſquiſque ab agente procedens actus in proprio ineſt ſubiecto, quod ſuapte natura illum tanquam proprium finem reſpiciat. Ex quibus manifeſte colligitur, cõpoſitum vnumquodque primo, ac principaliter in ſuo eſſe per formam, ac ſpeciem conſtitui, ſecundario autem per ſubiectum, ac materiam. Iam vero id quo primo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus eſt forma viuentis, ſentientis, moti, & intelligentis;[12] ſed anima eſt id, quo primo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus;[13] ergo anima eſt forma, & quidditas viuentis, ſentientis, moti, & intelligentis,[14] haud quaquam vero ſubiectum, & materia, qua vnumquodque ſecundario propriũ habet eſſe.

> 11 Videtur enim in patiente, & diſpoſito actiuorum ineſſe actus.
>
> 12 Anima autem eſt id, quo viuimus, & ſentimus, & mouemur, & intelligimus primo:
>
> 13 anima vtique ratio quædam erit, & forma,
>
> 14 ſed non vt materia, & ſubiectum.

Aſſumpta in hac demonſtratione minor propoſitio ad omnem ſcrupulũ auferendum confirmari poteſt.

Nam triplex,[1] vt diximus ſubſtantia eſt, alia quidem forma, alia materia, alia vero compoſitum ex vtriſque:[2] & materia quidem potentia eſt, forma vero actus. Iam quælibet res nominatur ab actu, immo & ipſa materia ab actu, ad quem in potentia eſt, ſortitur nomen, cũ vnumquodque non pro vt eſt in potentia, ſed pro vt in actu exiſtit proprium

> *Tex.* 25.
>
> 1 Tripliciter autẽ dicta ſubſtantia, ſicut diximus, quarum hæc quidem forma, illa vero materia, alia autem ex vtriſque.
>
> 2 Harum autem materia quidem potentia, forma autem actus.

habeat eſſe.[3] At compoſitum conſtans ex corpore, & anima vocatur animatũ, idque nomen non à corpore, ſed ab anima ſuſcipit, ſiquidem corpus præciſe ſumptum, ſola potentia animatum eſt, ergo anima id eſt, quo primo animatum corpus in eſſe animati conſtituitur.[4] Quare anima actus quidã corporis eſt, corpus vero animæ actus eſſe nequit.

Ex his patet [1] recte eos opinari, qui nec animam ſine corpore, nec ipſam corpus eſſe dixerunt.[2] Nam cum anima ſit actus corporis, ipſam quidem non eſſe corpus, ſed aliquid corporis eſſe oportet.[3] Quapropter in corpore ineſt anima, atque in eo quod ſit aptum natum ad eam recipiendam.[4] Hic autem maxime defecerunt Veteres, minime ſtatuentes quodnam ſibi, aut quale corpus determinaret anima; [5] etſi ſatis manifeſtum ſit quamlibet haudquaquam formam in qualibet materia, ſed in certa, ac determinata recipi. Senſu enim apparet ex humano ſemine non equum, ſed hominem gigni, atque domum non ex qualibet materia, ſed ex lapidibus, ac lignis fieri.[6] At id quoque rationi cõſentaneum videtur.[7] Nam perfectio, & actus cuiuſque rei, non in quolibet ſubiecto, ſed in eo tantum recipitur, quod in potentia eſt, atque vt propria, ac determinata materia ad ipſum ſuſcipiendum

3 Quoniam quod ex vtriſq; animatum,

4 non eſt corpus actus animæ, ſed ipſa corporis cuiuſdam.

Tex. 16.

1 Et propter hoc bene opinãtur quibus videtur, neq; ſine corpore eſſe, neque corpus aliquod anima.

2 Corpus enim non eſt, corporis autem aliquid eſt.

3 Et propter hoc in corpore ineſt, & in corpore huiuſmodi,

4 & nõ ſicut Priores ad corpus aptabant ipſam, nihil vltra definientes, in quo, & quali,

5 quãuis non videatur q̃dlibet recipere quodlibet.

6 Sic autem fit, & ſecundum rationem.

7 Vniuſcuiuſque enim actus in eo, quod potentia exiſtit, & in propria materia aptus natura eſt fieri.

piendum ordinatur.[8] Ex his perfectam, ac diſtinctam animæ definitionem habemus. Ea enim eſt actus primus, & ratio corporis, quod potentia viuens, ſentiens, motum, atque intelligens eſt. Hæc autem completa, ac perfecta magis, quã prior definitio eſt. Nam prior animam communiter ſolum, & confuſe acceptã explicat: anima vero commune quid analogum eſt, quod multiplicem cum habeat naturam in communi ſumptum perfecte, ac diſtincte cognoſci nequit. At poſterior hęc definitio animam proprijs analogatis, quatuor ſcilicet vitæ gradibus expreſſis clare, ac diſtincte exponit. Quare completa magis, ac perfecta videtur, cum animam confuſe prius, & obſcure cognitam clare, ac diſtincte quatuor viuentium exprimens gradus repræſentet.

Iam animæ communiter ſumptæ confuſa, & diſtincta cognitio tradita eſt. Eã enim & analogatis haudquaquam expreſſis, & ijs aliqua ex parte cognitis, conſiderauimus. Nunc ſingulas partes animæ ſeorſim, ac diſtincte contemplari oportet, ſiquidem tum perfectam cuiuſque rei cognitionem habemus, cum eam & in communi, & in particulari cognoſcimus. Sed antequã id agamus, animam commune quid analogum eſſe, ac proinde ſine particulari, ac diſtincta partium

8 Quòd igitur actus quidam eſt, & ratio potentiam habentis, vt ſit huiuſmodi, manifeſtum ex his.

ſequens voluntas appellatur. [9] At verò omnia animalia vnum ſaltem habent ſenſum, nempè tactum. [10] Cui autē hic ſenſus ineſt, huic & voluptas, & dolor, & iucundum, ac moleſtum. [11] Quibus autē hæc, & concupiſcentia ineſt, qua iucundum appetant obiectum, & fuga, qua moleſtum repellant. Appetitus ergò aliquis ipſum neceſſario comitatur ſenſum.

Prætereà [a] omnia animalia [1] habent ſenſum alimenti, ergò & omnia animalia concupiſcentiam habent. Antecedēs patet, nam omnia animalia ſenſu tactus prædita ſunt, [2] tactus verò alimenti ſenſus eſt, ergò alimenti ſenſu omnia ſunt prædita animalis. Minor probatur, etenim ſenſus, qui eſſentiales alimenti, vt alimentum eſt, conditiones propriè cognoſcit, alimenti ſenſus videtur, tactus verò eſt huiuſmodi, quatuor enim primas qualitates, vt proprium diſcernit obiectum, hæ autem eſſentiales alimenti, vt alimentum eſt, conditiones videntur; [3] quandoquidem ſiccitate, humiditate, calore, ac frigore certam quandam temperiem nactis affectum ſit alimentum, ex quo vnumquodque alitur viuens, ergò tactus alimenti ſenſus eſt. Nec verò obijciat quiſpiam alios quoq; ſenſus vocari poſſe alimenti ſenſus, ex eo quod alimentum, non ſolis tactilibus quali-

9 Animalia autem omnia habent vnum ex ſenſibus tactū.

10 Cui autem ſenſus ineſt, huic & voluptas, & dolor, & iucundum, & moleſtum.

11 Quibus autem hæc, & cōcupiſcentia, ipſius enim iucundi appetitus hæc.

Tex 28.

1 Adhuc autem alimenti ſenſum habent.

a S. Thomas.

2 Tactus enim alimenti ſenſus.

3 Siccis enim & humidis, & calidis, & frigidis alūtur omnia viuentia: horum autem ſenſus tactus.

Digitized by Google

qualitatibus, ſed etiam alijs, quæ ad aliorum ſenſuum ſpectant obiecta, præditum ſit. 4 Nam aliæ ſenſibiles qualitates, tactilibus exceptis, alimento cũ adſunt, non quatenus alimentum eſt, ſed per accidens tantummodo competunt. 5 Nihil enim ad nutritionem confert ſonus, aut color, aut odor. Qualitates verò tactiles eſſentiales alimenti, vt alimentum eſt, conditiones ſunt, cũ elementa ex quibus conſtant, ſimiliterque aluntur viuentia nexu quodã eſſentiali comitentur. At inquies, de ſapore quid ſentiendum eſt? 6 Reſpondeo ſaporem tactilem quandam eſſe qualitatem. Etenim guſtus obiectum eſt, quẽ tactum eſſe quendam aiunt: quare guſtum ex eo quod tactus eſt alimenti ſenſum eſſe admitti poteſt. Perſpicuum verò eſt, vt quæ probare intendimus clarà, ac manifeſta ſint, quæ ſenſum alimenti habent, concupiſcentiam quoq; habere. 7 Nam fames concupiſcentia calidi, & ſicci eſt, ſitis verò frigidi, & humidi, at quæ ſenſum alimenti habẽt, fame interdum, ac ſiti laborant, ergò quæ alimenti habent ſenſum, concupiſcentiam quoq; habent. Probatur minor, nam idem ſenſus proprium obiectum, eiuſq; priuationem aliquo modo cognoſcit, quare tactus, & alimentum, & priuationem ipſius percipit: at ex pri-

uatione

4 Aliorum autem ſenſibiliũ ſecundum accidens.

5 Nihil enim ad alimentum confert ſonus, neque color, neque odor.

6 Sapor autem vnum quoddam eſt tangibilium.

7 Fames autem, & ſitis concupiſcentia, & fames quidẽ calidi, & ſicci, ſitis autem frigidi, & humidi.

Digitized by Google

ſatione alimenti fames, ac ſitis oritur, ergò alimenti ſenſu prędita animalia interdum famen, ac ſitim habent. Quæres num famen, ac ſitim ſaporis concupiſcentias eſſe concedere poſſimus? Reſpondeo ſolas primas qualitates eſſentialiter alimentum in ratione alimenti conſtituere, cum ex ijs vnum quodq; nutriri, ex quibus conſtat, neceſſe ſit; [8] ſaporem autem primas qualitates certam quandam temperiem nactas conſequi, atq; alimenti dumtaxat conditionem eſſe, qua vt condimentum quoddam ad cibi ſumptionem allicit animal. Quare cum fames, ac ſitis ad alimentũ, quatenus alimentũ eſt, dirigantur, primas tantum reſpicient qualitates, quæ alimento eſſentialiter adhærent; saporẽ autem reſpiciet guſtus, qui nõ eſſentiales alimenti conditiones, ſed quandam eius proprietatem percipit, qua allicere animal aptum eſt.

8 Sapor verò, vt condimentum quoddam.

Hæc [1] autem exacte magis in ſequentibus pertractare conueniens eſt. [2] Nũc verò certum, & firmum hoc ſit, quoniam tactus animalibus ineſt, ex neceſſitate etiam appetitum ineſſe. [3] At de imaginatiua potentia, vtrum omnibus animalibus competat, dubium eſt; ſiqui dẽ ea, quę imperfectis animalibus ineſt, haudquaquam à ſenſu diſtincta percipitur, & cognoſci proinde non facilè poteſt.

Tex 29.

1 Exactius autem manifeſtandum de his poſterius eſt.

2 Nunc autem in tantũ dictũ ſit, quod animalibus habentibus tactum, & appetitus inſit.

3 De imaginatione autẽ immanifeſtum.

N

Vbi enim ſenſus eſt, & dolor, & voluptas conſequitur.

7 Vbi autem hæc ſunt, ex neceſſitate & deſiderium eſt.

nem, & appetitum habent. 6 Nã vbi eſt ſenſus, & dolor, quo noxia ſentiri, & voluptas, qua percipi vtilia ſolent, conſequitur. 7 Vbi autem hæc ſunt, ex neceſſitate fugiendi, & proſequendi appetitus ineſt. At fugam & proſequutionem non cauſat obiectum, niſi quatenus ab ipſo animali, vt noxium, ac vtile concipitur. Quare & in diuiſis inſecti animalis partibus imaginatio quoque reperitur, quæ elicitum ab appetitu actum neceſſario præcedit. Manifeſtum igitur eſt aſſignatas animæ partes in eodem viuente loco, & ſubiecto ſeparabiles non eſſe, immo nec eiuſdem animæ potentias, & facultates in eo viuente diſiungi, quod ob naturę imperfectionem in partes diſcerptum viuere poteſt.

Tex 21.

1 De intellectiua autem, & ſpeculatiua potẽtia nihil adhuc manifeſtum eſt.

2 Sed videtur genus aliud animæ eſſe, & hoc ſolum poſſe ſeparari, ſicut perpetuum à corruptibili.

De 1 intellectiua autem animæ parte, ac ſpeculatiua potentia nihil adhuc manifeſtum eſt. 2 Sed ſi communem hominum opinionem ſequamur, genus aliud animæ eſſe videtur, idq; ſolum ab alijs animæ partibus, vt perpetuum à corruptibili ſeparari, ac ſeorſim exiſtere poſſe. Homines enim intellectus operationem aduertentes, qua eſſentias rerum ſpeculatur agentis intellectus lumine adiutus, qui extrinſecus aduenit, & ſeparatus eſt, quandã præ ſe ferre diuinitatem ob talẽ coniunctionẽ, & immortalẽ proinde, ac ſeparabilem eſſe putant.

At

At [1] reliquæ animæ partes, vt ex dictis patet, loco, & ſubiecto, quemadmodum ſentit Plato, ſeparari nequeũt. [2] Immo cum in eodem inſint viuente ipſumq; ſimul informent, & conſtituant, nec ſubſtantia, ac realitate, ſed eſſentia dumtaxat, ac definitione differunt. [3] Nam opinari, ac ſentire, atque aliæ aſſignatæ operationes diuerſam habent definitionem, ergò, & principio ſenſitiuo, atque opinatiuo. cæteriſq; viuentium principijs alia, ac diſtincta competet definitio. Licet enim eadem anima opinetur, ac ſentiat, quatenus tamen eſt principium ſentiendi, atque opinandi variam quodammodo rationem, ac definitionem induit, atq; partes idcirco virtuales, vt ita dicam, habet.

Præterea [1] quibuſdam animalibus aſſignatæ omnes animę partes inſunt; quibuſdam verò nonnullæ, alijs autem vnica dumtaxat ineſſe videtur. [2] Atque ex hoc varia, ac diſtincta viuentium genera prodeunt. [3] Propter quam verò cauſam id accidat, poſterius contemplandum eſt. [4] Idem quoq; & in exterioribus contingit ſenſibus. [5] Alia enim animalia omnes habent ſenſus, alia quoſdam, alia verò vnum tantummodo, nẽpe tactus ſenſum obtinent, qui ad animalis conſtitutionem maximè neceſſarius eſt. Si igitur partes animæ in diuer-

Tex 22.

1 Reliquæ autem partes animæ manifeſtum ex his, quod ſeparabiles non ſunt, ſicut quidam dicunt.

2 Ratione autem quod aliæ, manifeſtum eſt.

3 Senſitiuo enim eſſe, & opinatiuo aliud, ſiquidem & ſentire ab ipſo opinari: ſimiliter autem, & aliorum, quæ dicta ſunt, vnumquodque.

Tex. 23.

1 Adhuc autem quibuſdam animalium omnia inſũt hæc quibuſdam verò quędam horum, alijs autem vnum ſolũ.

2 Hoc autem facit differentiam animalium.

3 Propter quam autem cauſam ſic ſit, poſterius perſcrutandum.

4 Similiter autem & circa ſenſus accidit.

5 Alia enim habent omnes, alia verò quoſdam, quædam verò vnum maximè neceſſarium tactum.

ſis viuentium generibus ſubſtantia, ac realitate differunt, manifeſtum eſt in eodem viuente diuerſum conceptum, ac definitionem habere.

Sed vt ad noſtrum redeamus intentum, & diſtinctiorem, ac perfectiorem animæ definitionem venemur.

Tex. 24.

1 Quoniam autem id, quo viuimus, & ſentimus, dupliciter dicitur,

2 ſicut id, quo ſcimus.

3 Dicimus autem hoc quidē ſcientiam,

4 illud autem animam.

5 Vtroque enim horum dicimus ſcire.

6 Similiter autem & id, quo ſani ſumus,

7 aliud quidem ſanitas eſt,

8 aliud autem parte quadam corporis, aut etiam toto.

9 Horum autem ſciētia quidem, & ſanitas forma eſt, & ſpecies quædam, & ratio, & vt actus ſuſceptiuorum,

10 illa quidē ſcientifici, hæc verò ſani.

Sciendum eſt [1] principium, quo viuens, ac ſentiens in eſſe viuentis, ac ſentientis intrinſece conſtituitur, dupliciter dici, aliud quidem ſubiectum ipſū, ac ſubſtratum, ex quo viuens, ac ſentiens, vt materia conſtat, aliud verò viuentis, ac ſentientis forma, & quidditas. [2] Hæc diuerſitas in ipſo principio, quo ſcientes efficimur ineſt. [3] Dicimus enim principium ſciendi, & ſcientiam eſſe, [4] & animam in qua tanquam in ſubiecto recipitur ſcientia. [5] Vtroque autem horum ſcientes dicimur, & ſcientia, & anima. [6] Idem in principio, quo ſani ſumus accidit. [7] Principium enim, aliud ſanitas eſt, [8] aliud verò, pars quędam corporis, aut etiam totum corpus, in quo ſanitas inducitur. [9] Atque horū quidem ſanitas, ac ſcientia principium eſt, vt forma, ac ſpecies quædam, & ratio, atque vt actus eorum, quæ ſuapte natura ad hos actus, ac perfectiones recipiendas diriguntur. [10] Sic autem & ſcientia animæ, & ſanitas corporis actus, ac perfectio videtur: neque enim in

in quolibet ſubiecto ſine vllo diſcrimine quilibet recipitur actus,[11] ſed vnuſquiſque ab agente procedens actus in proprio ineſt ſubiecto, quod ſuapte natura illum tanquam proprium finem reſpiciat. Ex quibus manifeſte colligitur, cõpoſitum vnumquodque primo, ac principaliter in ſuo eſſe per formam, ac ſpeciem conſtitui, ſecundario autem per ſubiectum, ac materiam. Iam vero id quo primo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus eſt forma viuentis, ſentientis, moti, & intelligentis, [12] ſed anima eſt id, quo primo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus, [13] ergo anima eſt forma, & quidditas viuentis, ſentientis, moti, & intelligentis, [14] haud quaquam vero ſubiectum, & materia, qua vnumquodque ſecundario propriũ habet eſſe.

11 Videtur enim in patiente, & diſpoſito actiuorum ineſſe actus.

12 Anima autem eſt id, quo viuimus, & ſentimus, & mouemur, & intelligimus primo:

13 anima vtique ratio quædam erit, & forma,

14 ſed non vt materia, & ſubiectum.

Aſſumpta in hac demonſtratione minor propoſitio ad omnem ſcrupulũ auferendum confirmari poteſt.

Nam triplex, [1] vt diximus ſubſtantia eſt, alia quidem forma, alia materia, alia vero compoſitum ex vtriſque: [2] & materia quidem potentia eſt, forma vero actus. Iam quælibet res nominatur ab actu, immo & ipſa materia ab actu, ad quem in potentia eſt, ſortitur nomen, cũ vnum quodque non pro vt eſt in potentia, ſed pro vt in actu exiſtit proprium

Tex. 25.

1 Tripliciter auté dicta ſubſtantia, ſicut diximus, quarum hæc quidem forma, illa vero materia, alia autem ex vtriſque.

2 Harum autem materia quidem potentia, forma autem actus.

habeat eſſe. 3 At compoſitum conſtans ex corpore, & anima vocatur animatũ, idque nomen non à corpore, ſed ab anima ſuſcipit, ſiquidem corpus præciſe ſumptum, ſola potentia animatum eſt, ergo anima id eſt, quo primo animatum corpus in eſſe animati conſtituitur. 4 Quare anima actus quidã corporis eſt, corpus vero animæ actus eſſe nequit.

3 Quoniam quod ex vtriſq; animatum,

4 non eſt corpus actus animæ, ſed ipſa corporis cuiuſdam.

Ex his patet 1 recte eos opinari, qui nec animam ſine corpore, nec ipſam corpus eſſe dixerunt. 2 Nam cum anima ſit actus corporis, ipſam quidem non eſſe corpus, ſed aliquid corporis eſſe oportet. 3 Quapropter in corpore ineſt anima, atque in eo quod ſit aptum natum ad eam recipiendam. 4 Hic autem maxime defecerunt Veteres, minime ſtatuentes quodnam ſibi, aut quale corpus determinaret anima; 5 etſi ſatis manifeſtum ſit quamlibet haudquaquam formam in qualibet materia, ſed in certa, ac determinata recipi. Senſu enim apparet ex humano ſemine non equũm, ſed hominem gigni, atque domum non ex qualibet materia, ſed ex lapidibus, ac lignis fieri. 6 At id quoque rationi cõſentaneum videtur. 7 Nam perfectio, & actus cuiuſque rei, non in quolibet ſubiecto, ſed in eo tantum recipitur, quod in potentia eſt, atque vt propria, ac determinata materia ad ipſum ſuſcipiendum

Tex. 26.

1 Et propter hoc bene opinãtur quibus videtur, neq; ſine corpore eſſe, neque corpus aliquod anima.

2 Corpus enim non eſt, corporis autem aliquid eſt.

3 Et propter hoc in corpore ineſt, & in corpore huiuſmodi,

4 & nõ ſicut Priores ad corpus aptabant ipſam, nihil vltra definientes, in quo, & quali,

5 quãuis non videatur q̃dlibet recipere quodlibet.

6 Sic autem fit, & ſecundum rationem.

7 Vniuſcuiuſque enim actus in eo, quod potentia exiſtit, & in propria materia aptus natura eſt fieri.

plendum ordinatur.[8] Ex his perfectam, ac diſtinctam animæ definitionem habemus. Ea enim eſt actus primus,& ratio corporis,quod potentia viuens,ſentiens,motum,atque intelligens eſt.Hæc autem completa,ac perfecta magis,quã prior definitio eſt. Nam prior animam communiter ſolum, & confuſe acceptã explicat: anima vero commune quid analogum eſt, quod multiplicem cum habeat naturam in communi ſumptum perfecte, ac diſtincte cognoſci nequit. At poſterior hęc definitio animam proprijs analogatis, quatuor ſcilicet vitæ gradibus expreſſis clare,ac diſtincte exponit. Quare completa magis, ac perfecta videtur,cum animam confuſe prius, & obſcure cognitam clare, ac diſtincte quatuor viuentium exprimens gradus repræſentet.

Iam animæ communiter ſumptæ confuſa, & diſtincta cognitio tradita eſt. Eã enim & analogatis haudquaquam expreſſis, & ijs aliqua ex parte cognitis, conſiderauimus. Nunc ſingulas partes animæ ſeorſim, ac diſtincte contemplari oportet, ſiquidem tum perfectam cuiuſque rei cognitionem habemus, cum eam & in communi, & in particulari cognoſcimus. Sed antequã id agamus, animam commune quid analogum eſſe, ac proinde ſine particulari, ac diſtincta partium

8 Quòd igitur actus quidam eſt,& ratio potentiam habentis, vt ſit huiuſmodi, manifeſtum ex his.

ſequens voluntas appellatur. 9 At verò omnia animalia vnum ſaltem habent ſenſum, nempè tactum. 10 Cui autẽ hic ſenſus ineſt, huic & voluptas, & dolor, & iucundum, ac moleſtum. 11 Quibus autẽ hæc, & concupiſcentia ineſt, qua iucundum appetant obiectum, & fuga, qua moleſtum repellant. Appetitus ergò aliquis ipſum neceſſario comitatur ſenſum.

Præterea 1 omnia animalia a habent ſenſum alimenti, ergò & omnia animalia concupiſcentiam habent. Antecedẽs patet, nam omnia animalia ſenſu tactus prædita ſunt, 2 tactus verò alimenti ſenſus eſt, ergò alimenti ſenſu omnia ſunt prædita animalia. Minor probatur, etenim ſenſus, qui eſſentiales alimenti, vt alimentum eſt, conditiones propriè cognoſcit, alimenti ſenſus videtur, tactus verò eſt huiuſmodi, quatuor enim primas qualitates, vt proprium diſcernit obiectum, hæ autem eſſentiales alimenti, vt alimentum eſt, conditiones videntur; 3 quandoquidem ſiccitate, humiditate, calore, ac frigore certam quandam temperiem nactis affectum ſit alimentum, ex quo vnumquodque alitur viuens, ergò tactus alimenti ſenſus eſt. Nec verò obijciat quiſpiam alios quoq; ſenſus vocari poſſe alimenti ſenſus, ex eo quod alimentum, non ſolis tactilibus quali-

9 Animalia autem omnia habent vnum ex ſenſibus tactũ.

10 Cui autem ſenſus ineſt, huic & voluptas, & dolor, & iucundum, & moleſtum.

11 Quibus autem hæc, & cõcupiſcentia, ipſius enim iucundi appetitus hæc.

Tex 28.

1 Adhuc autem alimenti ſenſum habent.

a S. Thomas.

2 Tactus enim alimenti ſenſus.

3 Siccis enim & humidis, & calidis, & frigidis alũtur omnia viuentia: horum autem ſenſus tactus.

qualitatibus, ſed etiam alijs, quæ ad aliorum ſenſuum ſpectant obiecta, præditum ſit. 4 Nam aliæ ſenſibiles qualitates, tactilibus exceptis, alimento cui adſunt, non quatenus alimentum eſt, ſed per accidens tantummodo competunt. 5 Nihil enim ad nutritionem confert ſonus, aut color, aut odor. Qualitates verò tactiles eſſentiales alimenti, vt alimentum eſt, conditiones ſunt, cũ elementa ex quibus conſtant, ſimiliterque aluntur viuentia nexu quodã eſſentiali comitentur. At inquies, de ſapore quid ſentiendum eſt? 6 Reſpondeo ſaporem tactilem quandam eſſe qualitatem. Etenim guſtus obiectum eſt, quẽ tactum eſſe quendam aiunt: quare guſtum ex eo quod tactus eſt alimenti ſenſum eſſe admitti poteſt. Perſpicuum verò eſt, vt quæ probare intendimus clara, ac manifeſta ſint, quæ ſenſum alimenti habent, concupiſcentiam quoq; habere. 7 Nam fames concupiſcentia calidi, & ſicci eſt, ſitis verò frigidi, & humidi, at quæ ſenſum alimenti habẽt, fame interdum, ac ſiti laborant, ergò quæ alimenti habent ſenſum, concupiſcentiam quoq; habent. Probatur minor, nam idem ſenſus proprium obiectum, eiuſq; priuationem aliquo modo cognoſcit, quare tactus, & alimentum, & priuationem ipſius percipit: at ex pri

uatione

4 Aliorum autem ſenſibiliũ ſecundum accidens.

5 Nihil enim ad alimentum confert ſonus, neque color, neque odor.

6 Sapor autem vnum quoddam eſt tangibilium.

7 Fames autem, & ſitis concupiſcentia, & fames quidẽ calidi, & ſicci, ſitis autem frigidi, & humidi.

ſtatione alimenti fames, ac ſitis oritur, ergò alimenti ſenſu prędita animalia interdum famen, ac ſitim habent. Quæres num famen, ac ſitim ſaporis concupiſcentias eſſe concedere poſſimus? Reſpondeo ſolas primas qualitates eſſentialiter alimentum in ratione alimenti conſtituere, cum ex ijs vnum quodq; nutriri, ex quibus conſtat, neceſſe ſit; [8] ſaporem autem primas qualitates certam quandam temperiem nactas conſequi, atq; alimenti dumtaxat conditionem eſſe, qua vt condimentum quoddam ad cibi ſumptionem allicit animal. Quare cum fames, ac ſitis ad alimentũ, quatenus alimentũ eſt, dirigantur, primas tantum reſpicient qualitates, quæ alimento eſſentialiter adhærent; ſaporẽ autem reſpiciet guſtus, qui nõ eſſentiales alimenti conditiones, ſed quandam eius proprietatem percipit, qua allicere animal aptum eſt.

8 Sapor verò, vt condimentum quoddam.

Hæc [1] autem exacte magis in ſequentibus pertractare conueniens eſt. [2] Nũc verò certum, & firmum hoc ſit, quoniam tactus animalibus ineſt, ex neceſſitate etiam appetitum ineſſe. [3] At de imaginatiua potentia, vtrum omnibus animalibus competat, dubium eſt; ſiqui dẽ ea, quę imperfectis animalibus ineſt, haudquaquam à ſenſu diſtincta percipitur, & cognoſci proinde non facile poteſt.

Tex 29.

1 Exactius autem manifeſtandum de his poſterius eſt.

2 Nunc autem in tantũ dictũ ſit, quod animalibus habentibus tactum, & appetitus inſit.

3 De imaginatione autẽ immanifeſtum.

Vbi enim ſenſus eſt, & dolor, & voluptas conſequitur.

7 Vbi autem hæc ſunt, ex neceſſitate & deſiderium eſt.

nem, & appetitum habent. [6] Nã vbi eſt ſenſus, & dolor, quo noxia ſentiri, & voluptas, qua percipi vtilia ſolent, conſequitur. [7] Vbi autem hæc ſunt, ex neceſſitate fugiendi, & proſequendi appetitus ineſt. At fugam & proſequutionem non cauſat obiectum, niſi quatenus ab ipſo animali, vt noxium, ac vtile concipitur. Quare & in diuiſis inſecti animalis partibus imaginatio quoque reperitur, quæ elicitum ab appetitu actum neceſſario præcedit. Manifeſtum igitur eſt aſſignatas animæ partes in eodem viuente loco, & ſubiecto ſeparabiles non eſſe, immo nec eiuſdem animæ potentias, & facultates in eo viuente diſiungi, quod ob naturę imperfectionem in partes diſcerptum viuere poteſt.

Tex 21.

1 De intellectiua autem, & ſpeculatiua potẽtia nihil adhuc manifeſtum eſt.

2 Sed videtur genus aliud animæ eſſe, & hoc ſolum poſſe ſeparari, ſicut perpetuum à corruptibili.

De [1] intellectiua autem animæ parte, ac ſpeculatiua potentia nihil adhuc manifeſtum eſt. [2] Sed ſi communem hominum opinionem ſequamur, genus aliud animæ eſſe videtur, idq; ſolum ab alijs animæ partibus, vt perpetuum à corruptibili ſeparari, ac ſeorſim exiſtere poſſe. Homines enim intellectus operationem aduertentes, qua eſſentias rerum ſpeculatur agentis intellectus lumine adiutus, qui extrinſecus aduenit, & ſeparatus eſt, quandã præ ſe ferre diuinitatem ob talẽ coniunctionẽ, & immortalẽ proinde, ac ſeparabilem eſſe putant.

At

Digitized by Google

At [1] reliquæ animæ partes, vt ex dictis patet, loco, & ſubiecto, quemadmodum ſentit Plato, ſeparari nequeũt. [2] Immo cum in eodem inſint viuente ipſumq; ſimul informent, & conſtituant, nec ſubſtantia, ac realitate, ſed eſſentia dumtaxat, ac definitione differunt. [3] Nam opinari, ac ſentire, atque aliæ aſſignatæ operationes diuerſam habent definitionem, ergò, & principio ſenſitiuo, atque opinatiuo, cæteriſq; viuentium principijs alia, ac diſtincta competet definitio. Licet enim eadem anima opinetur, ac ſentiat, quatenus tamen eſt principium ſentiendi, atque opinandi variam quodammodo rationem, ac definitionem induit, atq; partes idcirco virtuales, vt ita dicam, habet.

Præterea [1] quibuſdam animalibus aſſignatæ omnes animę partes inſunt, quibuſdam verò nonnullæ, alijs autem vnica dumtaxat ineſſe videtur. [2] Atque ex hoc varia, ac diſtincta viuentium genera prodeunt. [3] Propter quam verò cauſam id accidat, poſterius contemplandum eſt. [4] Idem quoq; & in exterioribus contingit ſenſibus. [5] Alia enim animalia omnes habent ſenſus, alia quoſdam, alia verò vnum tantummodo, nēpe tactus ſenſum obtinent, qui ad animalis conſtitutionem maximè neceſſarius eſt. Si igitur partes animæ in diuer

M ſis

Tex 22.

1 Reliquæ autem partes animæ manifeſtum ex his, quod ſeparabiles non ſunt, ſicut quidam dicunt.

2 Ratione autem quod aliæ, manifeſtum eſt.

3 Senſitiuo enim eſſe, & opinatiuo aliud, ſiquidem & ſentire ab ipſo opinari: ſimiliter autem, & aliorum, quæ dicta ſunt, vnumquodque.

Tex. 23.

1 Adhuc autem quibuſdam animalium omnia inſūt hæc quibuſdam verò quędam horum, alijs autem vnum ſolū.

2 Hoc autem facit differentiam animalium.

3 Propter quam autem cauſam ſic ſit, poſterius perſcrutandum.

4 Similiter autem & circa ſenſus accidit.

5 Alia enim habent omnes, alia verò quoſdam, quædam verò vnum maximè neceſſarium tactum.

Digitized by Google

ſis viuentium generibus ſubſtantia, ac realitate differunt, manifeſtum eſt in eodem viuente diuerſum conceptum, ac definitionem habere.

Sed vt ad noſtrum redeamus intentum, & diſtinctiorem, ac perfectiorem animæ definitionem venemur.

Tex. 24.

1 Quoniam autem id, quo viuimus, & ſentimus, dupliciter dicitur,

2 ſicut id, quo ſcimus.

3 Dicimus autem hoc quidē ſcientiam,

4 illud autem animam.

5 Vtroque enim horum dicimus ſcire.

6 Similiter autem & id, quo ſani ſumus,

7 aliud quidem ſanitas eſt,

8 aliud autem parte quadam corporis, aut etiam toto.

9 Horum autem ſciētia quidem, & ſanitas forma eſt, & ſpecies quædam, & ratio, & vt actus ſuſceptiuorum,

10 illa quidē ſcientifici, hæc verò ſani.

Sciendum eſt [1] principium, quo viuens, ac ſentiens in eſſe viuentis, ac ſentientis intrinſece conſtituitur, dupliciter dici, aliud quidem ſubiectum ipsū, ac ſubſtratum, ex quo viuens, ac ſentiens, vt materia conſtat, aliud verò viuentis, ac ſentientis forma, & quidditas. [2] Hæc diuerſitas in ipſo principio, quo ſcientes efficimur ineſt. [3] Dicimus enim principium ſciendi, & ſcientiam eſſe, [4] & animam in qua tanquam in ſubiecto recipitur ſcientia. [5] Vtroque autem horum ſcientes dicimur, & ſcientia, & anima. [6] Idem in principio, quo ſani ſumus accidit. [7] Principium enim, aliud ſanitas eſt, [8] aliud verò, pars quędam corporis, aut etiam totum corpus, in quo ſanitas inducitur, [9] Atque horū quidem ſanitas, ac ſcientia principium eſt, vt forma, ac ſpecies quædam, & ratio, atque vt actus eorum, quæ ſuapte natura ad hos actus, ac perfectiones recipiendas diriguntur. [10] Sic autem & ſcientia animæ, & ſanitas corporis actus, ac perfectio videtur: neque enim in

in quolibet ſubiecto ſine vllo diſcrimine quilibet recipitur actus,[11] ſed vnuſquiſque ab agente procedens actus in proprio ineſt ſubiecto, quod ſuapte natura illum tanquam proprium finem reſpiciat. Ex quibus manifeſte colligitur, cōpoſitum vnumquodque primo, ac principaliter in ſuo eſſe per formam, ac ſpeciem conſtitui, ſecundario autem per ſubiectum, ac materiam. Iam vero id quo primo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus eſt forma viuentis, ſentientis, moti, & intelligentis,[12] ſed anima eſt id, quo primo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus;[13] ergo anima eſt forma, & quidditas viuentis, ſentientis, moti, & intelligentis,[14] haud quaquam vero ſubiectum, & materia, qua vnumquodque ſecundario propriū habet eſſe.

Aſſumpta in hac demonſtratione minor propoſitio ad omnem ſcrupulū auferendum confirmari poteſt.

Nam triplex,[1] vt diximus ſubſtantia eſt, alia quidem forma, alia materia, alia vero compoſitum ex vtriſque:[2] & materia quidem potentia eſt, forma vero actus. Iam quælibet res nominatur ab actu, immo & ipſa materia ab actu, ad quem in potentia eſt, ſortitur nomen, cū vnumquodque non pro vt eſt in potentia, ſed pro vt in actu exiſtit proprium

11 Videtur enim in patiente, & diſpoſito actiuorum ineſſe actus.

12 Anima autem eſt id, quo viuimus, & ſentimus, & mouemur, & intelligimus primo:

13 anima vtique ratio quædam erit, & forma,

14 ſed non vt materia, & ſubiectum.

Tex. 25.

1 Tripliciter autē dicta ſubſtantia, ſicut diximus, quarum hæc quidem forma, illa vero materia, alia autem ex vtriſque.

2 Harum autem materia quidem potentia, forma autem actus.

3 Quoniam quod ex vtriſq; animatum;

4 non eſt corpus actus animæ, ſed ipſa corporis cuiuſdam.

Tex. 26.

1 Et propter hoc bene opinātur quibus videtur, neq; ſine corpore eſſe, neque corpus aliquod anima.

2 Corpus enim non eſt, corporis autem aliquid eſt.

3 Et propter hoc in corpore ineſt, & in corpore huiuſmodi,

4 & nō ſicut Priores ad corpus aptabant ipſam, nihil vltra definientes, in quo, & quali,

5 quiuis non videatur qđlibet recipere quodlibet.

6 Sic autem fit, & ſecundum rationem.

7 Vnuſcuiuſque enim actus in eo, quod potentia exiſtit, & in propria materia aptus natura eſt fieri.

habeat eſſe. 3 At compoſitum conſtans ex corpore, & anima vocatur animatū, idque nomen non à corpore, ſed ab anima ſuſcipit, ſiquidem corpus præciſe ſumptum, ſola potentia animatum eſt, ergo anima id eſt, quo primo animatum corpus in eſſe animati conſtituitur. 4 Quare anima actus quidā corporis eſt, corpus vero animæ actus eſſe nequit.

Ex his patet 1 recte eos opinari, qui nec animam ſine corpore, nec ipſam corpus eſſe dixerunt. 2 Nam cum anima ſit actus corporis, ipſam quidem non eſſe corpus, ſed aliquid corporis eſſe oportet. 3 Quapropter in corpore ineſt anima, atque in eo quod ſit aptum natum ad eam recipiendam. 4 Hic autem maxime defecerunt Veteres, minime ſtatuentes quodnam ſibi, aut quale corpus determinaret anima; 5 etſi ſatis manifeſtum ſit quamlibet haudquaquam formam in qualibet materia, ſed in certa, ac determinata recipi. Senſu enim apparet ex humano ſemine non equum, ſed hominem gigni, atque domum non ex qualibet materia, ſed ex lapidibus, ac lignis fieri. 6 At id quoque rationi cōſentaneum videtur. 7 Nam perfectio, & actus cuiuſque rei, non in quolibet ſubiecto, ſed in eo tantum recipitur, quod in potentia eſt, atque vt propria, ac determinata materia ad ipſum ſuſci-

piendum

piendum ordinatur.[8] Ex his perfectam, ac diſtinctam animæ definitionem habemus. Ea enim eſt actus primus, & ratio corporis, quod potentia viuens, ſentiens, motum, atque intelligens eſt. Hæc autem completa, ac perfecta magis, quã prior definitio eſt. Nam prior animam communiter ſolum, & confuſe acceptã explicat: anima vero commune quid analogum eſt, quod multiplicem cum habeat naturam in communi ſumptum perfecte, ac diſtincte cognoſci nequit. At poſterior hęc definitio animam proprijs analogatis, quatuor ſcilicet vitæ gradibus expreſſis clare, ac diſtincte exponit. Quare completa magis, ac perfecta videtur, cum animam confuſe prius, & obſcure cognitam clare, ac diſtincte quatuor viuentium exprimens gradus repræſentet.

Iam animæ communiter ſumptæ confuſa, & diſtincta cognitio tradita eſt. Eã enim & analogatis haudquaquam expreſſis, & ijs aliqua ex parte cognitis, conſiderauimus. Nunc ſingulas partes animæ ſeorſim, ac diſtincte contemplari oportet, ſiquidem tum perfectam cuiuſque rei cognitionem habemus, cum eam & in communi, & in particulari cognoſcimus. Sed antequã id agamus, animam commune quid analogum eſſe, ac proinde ſine particulari, ac diſtincta partium

8 Quòd igitur actus quidam eſt, & ratio potentiam habentis, vt ſit huiuſmodi, manifeſtum ex his.

Digitized by Google

ſequens voluntas appellatur. [9] At verò omnia animalia vnum ſaltem habent ſenſum, nempè tactum. [10] Cui autē hic ſenſus ineſt, huic & voluptas, & dolor, & iucundum, ac moleſtum. [11] Quibus autē hæc, & concupiſcentia ineſt, qua iucundum appetant obiectum, & fuga, qua moleſtum repellant. Appetitus ergò aliquis ipſum neceſſario comitatur ſenſum.

Prætereà [a] omnia animalia [1] habent ſenſum alimenti, ergò & omnia animalia concupiſcentiam habent. Antecedēs patet, nam omnia animalia ſenſu tactus prædita ſunt, [2] tactus verò alimenti ſenſus eſt, ergò alimenti ſenſu omnia ſunt prædita animalia. Minor probatur, etenim ſenſus, qui eſſentiales alimenti, vt alimentum eſt, conditiones propriè cognoſcit, alimenti ſenſus videtur, tactus verò eſt huiuſmodi, quatuor enim primas qualitates, vt proprium diſcernit obiectum, hæ autem eſſentiales alimenti, vt alimentum eſt, conditiones videntur; [3] quandoquidem ſiccitate, humiditate, calore, ac frigore certam quandam temperiem nactis affectum ſit alimentum, ex quo vnumquodque alitur viuens, ergò tactus alimenti ſenſus eſt. Nec verò obijciat quiſpiam alios quoq; ſenſus vocari poſſe alimenti ſenſus, ex eo quod alimentum, non ſolis tactilibus quali-

9 Animalia autem omnia habent vnum ex ſenſibus tactū.

10 Cui autem ſenſus ineſt, huic & voluptas, & dolor, & iucundum, & moleſtum.

11 Quibus autem hæc, & cōcupiſcentia, ipſius enim iucundi appetitus hæc.

Tex 28.

1 Adhuc autem alimenti ſenſum habent.

a S. Thomas.

2 Tactus enim alimenti ſenſus.

3 Siccis enim & humidis, & calidis, & frigidis alūtur omnia viuentia: horum autem ſenſus tactus.

uatione alimenti fames, ac ſitis oritur, ergò alimenti ſenſu prędita animalia interdum famen, ac ſitim habent. Quæres num famen, ac ſitim ſaporis concupiſcentias eſſe concedere poſſimus? Reſpondeo ſolas primas qualitates eſſentialiter alimentum in ratione alimenti conſtituere, cum ex ijs vnum quodq; nutriri, ex quibus conſtat, neceſſe ſit; [8] ſaporem autem primas qualitates certam quandam temperiem nactas conſequi, atq; alimenti dumtaxat conditionem eſſe, qua vt condimentum quoddam ad cibi ſumptionem allicit animal. Quare cum fames, ac ſitis ad alimentũ, quatenus alimentũ eſt, dirigantur, primas tantum reſpicient qualitates, quæ alimento eſſentialiter adhærent; ſaporẽ autem reſpiciet guſtus, qui nõ eſſentiales alimenti conditiones, ſed quandam eius proprietatem percipit, qua allicere animal aptum eſt.

Hæc [1] autem exacte magis in ſequentibus pertractare conueniens eſt. [2] Nũc verò certum, & firmum hoc ſit, quoniam tactus animalibus ineſt, ex neceſſitate etiam appetitum ineſſe. [3] At de imaginatiua potentia, vtrum omnibus animalibus competat, dubium eſt; ſiqui dẽ ea, quę imperfectis animalibus ineſt, haudquaquam à ſenſu diſtincta percipitur, & cognoſci proinde non facile

 poteſt.

8 Sapor verò, vt condimentum quoddam.

Tex 29.

1 Exactius autem manifeſtandum de his poſterius eſt.

2 Nunc autem in tantũ dictũ ſit, quod animalibus habentibus tactum, & appetitus inſit.

3 De imaginatione autẽ immanifeſtum.

4 Poſterius autem conſiderandum.

5 Quibuſdã autẽ adhæc ineſt & ſecundum locum motiuũ.

6 Alijs autẽ cogitatiuum, & intellectus, vt hominibus, & ſi quid aliud huiuſmodi eſt, aut etiam honorabilius.

a Themiſtius.

Tex 30.

1 Manifeſtum igitur eſt quod eodem modo vna vtiq; erit ratio animæ, & figuræ.

2 Neque enim ibi figura eſt præter triangulũ, & eas, quæ conſequenter ſunt,

3 neq; hic anima præter dictas eſt:

4 Fiet autem vtique & in figuris ratio communis, quæ cõueniet quidem omnibus, propria autem nullius erit figuræ.

5 Similiter autem & in dictis animalibus.

poteſt. 4 Quamobrem poſterius de ipſa conſiderandum erit. 5 Præterea quibuſdam animalibus, quæ perfectiores edũt operationes, nõ modo nutritiua, ac ſenſitiua ineſt potentia, verum & loco motiua, tertium proinde viuentis gradum conſtituens. 6 Alijs verò & potentia intellectiua competit, a vt hominibus, & ſi quid aliud tale ſit, vel etiam præſtabilius.

Ex his 1 manifeſtum eſt quemadmodum figuræ, ita nec animæ vnam, & vniuocam rationem eſſe. 2 Sicut enim triangulum, & quadrangulum, cæteræq; poſteriores figuræ, prioris, ac poſterioris ordinem habentes, communẽ aliquam eſſentiam, ac naturam à proprijs ſeparatam, ac diſtinctã ſpeciebus non habent, quæ de ijs vniuoce prædicari, ac dici queat; 3 ita nec nulla animæ eſſentia, ac natura eſt, quæ ſecundum propriam communitatem accepta à ſingulis eius partibus diuidi, ac ſeiungi poſſit. Nec verò putet quiſpiam animæ naturam pure idcirco ęquiuocã eſſe. 4 Nam ſi communis figuræ definitio datur, quæ alicuius ſpeciei propria non eſt, ſed omnibus conuenit figuris, ob proportionem, qua earum ſeſe reſpiciunt naturæ, 5 cur etiam cõmunis animæ definitio dari non poteſt, quæ omnibus proportionaliter animabus competat?

petat? [6] Quapropter ridiculum eſt, [a] & in his, & in cęteris analogis communem aliquam definitionem quærere, & in ea conquieſcere proprijs analogatorũ definitionibus neglectis. [7] Immo nec propriæ ſolum ſingularum animarum definitiones ſufficiunt, cõmuni relicta definitione, ſed vt perfectam animæ cognitionem habeamus, & communem animę definitionem afferre neceſſe eſt, quę exprimat omnes animæ partes, & proprias ſingularum partium aſſignare definitiones oportet, quæ diſtinctam earum naturam, atq; eſſentiam declarent.

Maximè [1] autem rationi conſentaneum eſt, quemadmodum in figuris, ita in animabus contingere. [2] Etenim ſemper in poſterioribus, tam figuris, quam animatis prior figura, aut anima, non actu, ſed potentia ineſt, [3] vt in quadrato quidem triangulus, in ſenſitiuo autem vegetatiuum. Nam quemadmodũ in quadrato ineſt potentia triangulus, eò quod tanquam materia concurrat ad conſtitutionem ipſius, ſic etiam in ſenſitiuo ineſt vegetatiuum, quoniam eadẽ anima quatenus ſenſitiuum prębet eſſe, actus, & formæ rationem habet ſpeciẽ, & nomen corpori tribuens, quod informat, quatenus verò dat eſſe vegetatiuũ poteſtatis, ac materiæ vicem gerit, animatum haud corpus ab alij viuentibus

6 Vnde ridiculum eſt quęrere communem rationem, & in his, & in alijs, quæ nullius erit eorũ, quæ ſunt propria ratio:

a Simplicius.

7 neque ſecundum propriã, & indiuiduam ſpeciem, dimittentes eam, quæ huiuſmodi.

Tex. 31.

1 Similiter autem ſe habent ei, quod de figuris, & quæ circa animam ſunt.

2 Semper enim in eo, quod eſt conſequenter, eſt potentia, quod prius eſt; & in figuris, & in animatis,

3 vt in quadrato quidẽ triangulus, in ſenſitiuo autem vegetatiuum.

ſeparans, ac diſtinguens. Quoniam igitur anima cõmune quid analogum eſt, quod ſecundum prius, ac poſterius de ſuis partibus dicitur, manifeſtum eſt ad perfectam animę cognitionem, non ſufficere communem illius definitionem, quæ confuſe omnes animæ partes contineat, 4 ſed proprias, & ſingulas neceſſario animas clarè ac, diſtinctè cognoſcendas eſſe, vt plantarum, animalium, & hominum. Sic enim omnia, quæ de anima, eiuſq; proprietatibus quæri poſſunt nobis optimè perſpecta erũt. 5 Propter quam verò cauſam animæ partes prioris inter ſe, ac poſterioris ordinem habeant, conſiderandum poſterius eſt. 6 Etenim certum eſt ſenſitiuam animã abſque vegetatiua non eſſe, vegetatiuã autem in plantis ab ipſa anima ſenſitiua ſeiungi. 7 Rurſus abſq; tactu aliorũ nullus exiſtit ſenſus, tactus verò ab alijs ſeparatus eſt; 8 quandoquidem plura animalia ſunt, quæ neq; viſum habent, neq; olfactum, neq; auditum.

Item 1 eorum, quæ ſentiunt, quædã potentiam loco motiuam habent, quædam non habent. 2 Qui autem omnium vitæ graduum poſtremus eſt, & quaſi vltimum naturæ opus, pauciſſimis competens animalibus, vt pote ſolis hominibus, intellectione, ac diſcurſu definitur, alijſq; vitæ gradibus ſuapte natu-

ra

4 Quare ſecundũ vnũquodque quærendum quęnam ſit vniuſcuiuſq; anima, vt quæ plantæ, & quæ hominis, aut beſtiæ.

5 Propter quam autem cauſam conſequenter ſic ſe habent, conſiderandum eſt.

6 Sine enim vegetatiuo ſenſitiuum non eſt: à ſenſitiuo autem ſeparatur vegetatiuũ in plantis.

7 Iterum autem ſine tactiuo, quidem aliorum ſenſuũ nullus eſt: tactus autem ſine alijs eſt.

8 Multa enim animaliũ neq; viſum, neq; auditum habẽt, neq; olfactum.

Tex. 32.

1 Et ſenſitiuorum alia quidẽ habent ſecũdum locum motiuum, alia verò nõ habent.

2 Vltima autem, & minima ratiocinationem, & intelligentiam.

ra poſterior eſt. 3 Quæ enim corruptibilium partem animæ intellectiuam habent, reliquas etiam partes animæ obtinent. 4 Quibus verò hæc inſunt, haudquaquam pars intellectiua ex neceſſitate ineſt. 5 Immò quibuſdam animalibus a nec perfecta competit imaginatio. 6 Alia verò hac ſola abſq; intellectiua parte viuunt. 7 De intellectu autem quatenus eſſentias rerum ſpeculatur, vtrum à corpore, aliiſq; animæ partibus ſeparari queat, ſermo alius eſſe videtur. 8 Manifeſtum igitur eſt perfectam animæ cognitionem, tum poſſe nobis innoteſcere, cum proprias ſingularum animarum definitiones habuerimus.

Quare ſingulas animæ partes contemplari aggrediamur.

1 Is autem ab eo, qui ſingularum animarum naturam inueſtigare velit, ſeruandus ordo eſt, vt prius earum eſſentias, & proprias quidditates cognoſcat. 2 Deinde verò a conſequentes operationes, & accidentia contempletur. 3 At ſingulas definire animas, vt ſenſitiuam, ac vegetatiuam, earumque proprias tradere naturas cupientem, 4 ex ipſis viuendi, ſentiendi, atque intelligendi operationibus cognitis ad ſingularum animarum eſſentiam, & quidditatem contemplandam progredi neceſſe eſt. Quia enim per actus, & operationes,

3 Quibus enim ineſt ratiocinatio corruptibilium, his & reliqua omnia.

4 Quibus autem illorum vnumquodque, non omnibus ratiocinatio.

5 Sed quibuſdam quidē neq; imaginatio.

a *Philoponus.*

6 Alia autem hac ſola viuūt.

7 De ſpeculatiuo autem intellectu alius ſermo eſt.

8 Quod igitur quæ de hac vnoquoque ratio, hæc propriiſſima, & de anima manifeſtum eſt.

Tex. 33.

1 Neceſſarium autem eſt eū, qui de his perſcrutationem facturus eſt, accipere vnumquodq; eorum, quid eſt.

2 Poſtea ſic de attinentibus inueſtigare.

a *Themiſtius.*

3 Si autem oportet dicere, quid vnumquodq; ipſorum, vt quid intellectiuū, aut ſenſitiuum, aut vegetatiuum,

4 prius adhuc dicendū, quid ſit intelligere, & quid ſentire.

Digitized by Google

nes, [b] tanquam per effectus notiores, anima, vt cauſa, ac principium definitur, & cognoſcitur, [5] ſi definitionis, & cognitionis ſpectemus ordinem, atq; animæ conſideremus naturam, quatenus innoteſcere nobis poteſt, ſingulis animæ partibus priores, ac notiores eſſe actus, & operationes videtur. Vnde ex ijs tanquam ex prioribus, ac notioribus nobis partium animæ eſſentias, & quidditates ſuapte natura priores, ac notiores inueſtigabimus [6] Quod ſi obiecta extra animam actu exiſtentia, ipſiſque obuia ſenſibus noſtræ magis cognitioni accommodata, quam actus, & operationes ſunt, eaſque proinde cognitionis ordine præcedunt, ob eandẽ cauſam [7] de illis vtique primum, vt de alimento, ſenſibili, atque intelligibili determinare oportebit: adeo vt ab obiectis ad operationes, & ab operationibus ad animę partes cognoſcendas procedamus.

[1] Quare [1] cum prius de anima vegetatiua, quam de alijs animabus agendum ſit, de alimento primum, ac generatione dicendum erit. Conſentaneum verò eſt prius animæ vegetatiuæ, quam aliarum animarum eſſentiam, & naturam ſpeculari. [2] Nam anima vegetatiua, nõ ſolis animalibus, ſed etiam plantis ineſt, [3] & ſuapte natura omnium prima eſt,

atque

b *Themiſtius, Auerroes.*

5 Priores enim potentijs actus, & operationes ſecundũ rationem ſunt.

6 Si autem ſic; his autem adhuc priora obiecta oportet conſideraſſe,

7 de illis primum vtiq; oportebit determinare propter eandem cauſam, vt alimento, & ſenſibili, & intelligibili.

Tex. 34.

1 Quare primum de alimento, & generatione dicendum eſt.

2 Vegetatiua enim anima & alijs ineſt,

3 & prima,

atque ab omnibus ſupponitur, 4 etenim maximè communis videtur, ac per eam corpora viuentia obtinere vitam dicuntur, ergò vegetatiuæ animæ tractatio aliarum animarum tractationem ex neceſſitate pręcedit. Id enim in quacunq; doctrina obſeruandum eſt, vt eorũ pertractatio, quæ ſuapte natura priora, & communiora ſunt, primum obtineant locum, niſi ob faciliorem cognoſcendi rationem, quæ videntur notiora nobis, præcedere oporteat. a Sed vt facilius animæ vegetatiuæ naturam pertractare poſſimus, quædam quaſi præludia ſupponere, ac nonnullas remouere difficultates, quæ præſentem euertere ſpeculationem videntur, neceſſe eſt. 5 Notandum ergò eſt generare, & alimento vti vegetatiuæ animæ operationes eſſe. Nã illa operatio, quæ omnibus maximè viuẽtibus naturalis eſt, & ab interno fluit principio, ab ea prouenit forma, qua viuens in eſſe viuentis cõſtituitur. 6 At generatio ſimilis omnibus maximè viuentibus naturalis eſt, ergò ab ea prouenit forma qua viuens in eſſę viuentis conſtituitur. Quare & vegetatiuæ animæ operatio erit, quæ internum, ac eſſentiale viuentis principium eſt. Minor clara eſt, 7 ſi ea dumtaxat comprehendamus viuentia, quæ perfecta ſunt, & requiſitam ad generandum ætatem habent,

4 & maximè communis potentia eſt animæ, ſecũdum quam ineſt ipſum viuere omnibus.

a S. Thomas.

5 Cuius ſunt opera generare, & alimento vti.

6 Naturaliſſimum enim operum, quæ in viuentibus,

7 quæcumque perfecta,

8 & non mutilata ſunt,

bent; [8] nulloq; deſtituta videntur mem bro, quo efficiatur ex neceſſitate generatio, ac debitas ſunt nacta qualitates, quibus perficere generationem queant, [9] & ſponte haudquaquam orta eſſe apparet, quemadmodum ea, quæ ex putri genita ſimili nõ exiſtente cauſa, quæ eorum præſtiterit generationem, caſu, ac temere orta eſſe putantur. Sed manifeſta inductione eadem patet minor. [10] Etenim animal ſimile gignit animal, & planta plantam, ſignum ergò eſt generationem ſimilis operationẽ eſſe omnibus maximè viuentibus naturalem, & ab eorum interno principio, atq; eſſentiali prouenire. At ſi cauſam quæras, ob quam ſimile viuentia gignant, idq; præcipue ſuapte natura intendant, ac præſtent, hæc eſt. [11] Nam omnia ſimilis generatione propriam conſeruare ſpeciem, vt primarium, ac præcipuum intendunt finem: ſic enim quoad poſſunt ipſam Dei perfectionem, qua per totam æternitatem exiſtens idem, atque immutabilis permanet, aliqua ex parte aſſequi nituntur; [12] quandoquidem omnia entia naturalia hunc perfectiſſimum appetunt finẽ, & quæcumq; ex natura agunt ad eum conſequendum maximè dirigere conantur. [13] Quoniam autem finis duplex eſt, alter quidem cuius gratia aliquid fit, vt

9 aut generationem ſpontaneam habet, & facere aliud, quale ipſum:

10 animal quidem animal, planta autem plantam,

11 vt ipſo ſemper, & Diuino participent, ſecundum quod poſſunt.

12 Omnia enim illud appetunt, & illius cauſa agunt omnia, quæcunq; agunt ſecundum naturam.

Tex. 35.

13 Ipſum autẽ cuius cauſa duplex eſt, hoc quidem cuius, illud verò cui.

ſanitas,

Digitized by Google

ſanitas, cuius aſſequendæ gratia medicamenta adhibentur; alter verò cui aliquid acquiritur, vt homo, cui eſt acquirenda ſanitas, manifeſtum eſt finem propter quem omnia viuentia generando elaborant, Diuinę æternitatis participationem eſſe. 2 At verò quia Diuinam æternitatis perfectionem ita participare nequeunt viuentia, vt eadem ſemper numero ſint; 3 nec enim fieri poteſt, vt caducorum, & mortalium quicquam eandem numero ſubſtantiam perpetuo habeat, 4 vnumquodq; viuens quoad poteſt æternitatis, ac Diuinæ, conditionis particeps eſt, a 5 hoc quidem magis, vt illa quæ continuata propagatione ſimilia à ſimilibus, æterno conſeruantur, 6 illud verò minus, vt quæ ex putreſcente materia genita per interualla tempore ſempiterno ſuſtentātur. 7 Omnia autem viuentia haudquaquam numero, ſed ſpecie dumtaxat eadem per totam æternitatem permanent. Quare cum ex omnibus viuentium operationibus ſola generatio propriam eorum conſeruare ſpeciem apta ſit, eaq; proinde aliqua ex parte Diuinam perfectionē aſſequatur, nemini dubium eſſe poteſt, quin generatio ſimilis omnibus maximè viuentibus naturalis ſit, eamq; pręcipue inter alias operationes natura æternitatis amore ducta præſtare intendat. Etſi

2 Quoniam igitur communicare non poſſunt ipſo ſemper, & Diuino cōtinuatione,

3 propterea quod nihil contingit corruptibilium idē, & vnum numero permanere,

4 ſecundum quod poteſt participare vnumquodque, ſic communicat,

a *Themiſtius Simplicius Auerroes.*

5 hoc quidem magis,

6 illud verò minus.

7 Et permanet, non ipſum, ſed quale ipſum, numero quidem non vnum, ſpecie autem vnum.

enim quæcumque viuentia proprium ſeruare indiuiduum maximè conentur, totiſque viribus, quæ interitum afferre poſſint refugiant, quia tamen id aſſequi impoſſibile eſt, vt perpetuo indiuiduũ ſeruent, æternitatem verò, vt pote ipſius Dei perfectionem participare maximè cupiunt, ſolam primario, atque ęternam ſpeciei conſeruationem intendunt, eamq; generando aliquod etiam indiuiduo patiente detrimentum efficere conantur.

Iam patet generationem vegetatiuæ animæ opus eſſe. Nunc eandem animã nutritionis, & auctionis cauſam eſſe, quorumdam antiquorum errores, qui id aperte negabant, refellentes oſtendamus oportet. Atq; perfectioris doctrinæ gratia vniuerſaliter animam ſuarum operationum effectricem cauſam eſſe demonſtrandum eſſe.

Ergò [1] anima corporis viuentis cauſa, & principium eſt. [2] Quoniam autẽ hæc pluribus dicuntur modis, tribus dumtaxat anima cauſa dicitur. [3] Etenim anima, vt efficiens, vt finis, atque vt viuentium corporum forma, & eſſentia cauſa eſt. [4] Et quidem formalem eſſe cauſam manifeſtum eſt. Nam cauſa, quæ rem in eſſe ſpecifico, ac determinato conſtituit, forma, & eſſentia eſt, ſed anima conſtituit viuens in eſſe viuẽtis,

Tex. 36.

1 Eſt autẽ anima viuẽtis corporis cauſa, & principium.

2 Hęc autem multipliciter dicuntur: attamen anima ſecundum determinatos modos tres cauſa dicitur.

3 Etenim anima cauſa eſt vnde motus & cuius cauſa, & vt eſſentia animatorum corporum.

4 Quod igitur ſit vt ſubſtantia manifeſtum eſt: cauſa .n. ipſius eſſe omnibus ſubſtãtia eſt.

Digitized by Google

tis, ergo anima viuentis corporis forma eſt. Minor patet, [5] quia id viuentis eſſe conſtituit, quo ſpecificum viuens habet eſſe, huius autem cauſa, & principium anima eſt.

Præterea [1] actus, & perfectio materiæ, quatenus potentiam habet, forma, & eſſentia eſt; ſed anima corporis, ſeu materiæ actus eſt, quæ eſſentialem ad ipſam habet potentiam, ergò anima ratio, & forma eſt. [2] Manifeſtum autem eſt, finalem quoque viuentis corporis cauſam animam eſſe. [3] Nam quemadmodum intellectus, qui ſuapte natura ad ipſum ordinatur opus propter aliquem operatur finem, [4] ita quicquid agit natura propter aliquem finem agere conſueuit. [5] Iam id cuius gratia natura in corporibus animatis producendis elaborat, quoq; omnem ſuum conatum dirigit, naturæ finis eſt. [6] At natura in corporibus animatis producendis ſumme laborat, ac maximè inſudat, vt animam efficiat, ob eamque & materiam diſponit, & miro artificio apta ad vitales reddendas operationes inſtrumenta conficit, ergò anima naturæ finis eſt, cum admirabilem animatorum corporum fabricam molitur. Clara eſt minor, [7] etenim partes corporis organicę, [a] tam animalium, quam plantarum animæ inſtrumenta ſunt, eaſq; propter animam

5 Ipſum autem viuere viuentibus eſſe eſt, cauſa autem, & principium horũ anima.

Tex. 37.

1 Amplius autem actus eius, quod potentia eſt, ratio eſt.

2 Manifeſtum auté eſt, quod & cuius gratia cauſa anima.

3 Vt enim intellectus gratia alicuius facit,

4 eodem modo & natura,

5 Et hoc eſt ipſius finis.

6 Huiuſmodi autem in animalibus anima, & ſecundum naturam.

7 Omnia enim naturalia corpora animę inſtrumẽta ſunt, ſicut animalium, ſic & plantarum, tanquam gratia animæ exiſtentia.

a Simplicius Philoponus.

Digitized by Google

8 Dupliciter autem dicitur ipſum cuius gratia, & cuius, & cui

9 At verò, & vnde primum qui ſecundum locum motus anima eſt.

10 Non omnibus autem viuentibus ineſt potentia hæc.

11 Eſt autem & alteratio, & augumentum per animam.

mam effecit natura, vt *ijs* ad proprias eliciendas operationes vti poſſet.[8] Quoniam autem duplex eſt finis, & cuius, vt ſanitas, & cui, vt homo, neceſſe eſt animam vtriuſq; finis rationem habere. Nam quatenus anima corporis forma, ac perfectio eſt, finis dicitur, cuius gratia materiam diſpoſuit natura, atq; aptam ad eum conſequendum reddidit; quatenus autem corpore iam formato, & organicis affecto partibus, vt inſtrumento vtitur ad proprias eliciẽdas operationes, finis dicitur, cui paratum à natura inſtrumentum ad operãdum inſeruit. Exiſtimandum enim eſt, haudquaquam ociſam animam, ſed vt operantem eſſe finem, propter quem natura in diſponenda materia, & corpore fabricando elaborat, ipſas autem operationes formati iam corporis, quo anima, vt apto ad operandum inſtrumento vtitur, finem eſſe. [9] At verò non modo viuentis corporis forma, ac finis anima eſt, ſed ipſius quoque operationum effectricem cauſam eſſe oportet. Et quidem motus ad locum primum principium eſſe, adeo clarum eſt, vt inanis ad hoc probandum ſit ratio. [10] Sed quoniam hæc potentia omnibus haudquaquam ineſt viuentibus, [11] & alterationem, & auctionem ab anima tanquam ab efficiente cauſa eſſe demonſtrandum eſt.

eſt. [12] Nam ſenſatio quædam corporis, in quo ineſt, alteratio videtur, quatenus motionem illam inuoluit, qua vltimò completur ſenſus ad operandum, [13] nihil autem quod anima ſit deſtitutum, ſentit, quãquam præuia ad ſenſationem motione afficiatur, alterationis ergò cauſa anima eſt, quatenus non pro motione antecedēti, ſed pro termino, ac fine, in quo prolatum de ſenſibili obiecto iudicium conſiſtit, alteratio ſumitur. [14] Similiter quoque de auctione, ac diminutione dicendum eſt, [15] quandoquidē augeri quicquam ſuapte natura, ac diminui impoſſibile ſit, niſi alimentum ſuſcipiat, [16] nihil autem vita carens ſuſcipere alimentum queat. Ex quo fit animam, non modo auctionis, ac diminutionis, ſed etiam nutritionis effectricem cauſam eſſe.

12 Senſus enim quædam alteratio eſſe videtur.

13 Nihil autem ſentit, quod non habet animam.

14 Similiter autem & de augumento, & decremento ſe habet.

15 Nihil enim decremētum patitur, neq; augumentatur naturaliter niſi alatur.

16 Alitur autem nihil quod non communicet vita.

Ex his [1] patet erraſſe Empedoclem, qui exiſtimauit auctionis cauſam in plã tis non eſſe animam, ſed naturalem elementorum motum, [2] atque inferiorem quidem earum partem, ſeu radicem ob terram ali, quæ ſuapte natura deorſum fertur, [3] ſuperiorem autem, ſeu ramos, ac folia ob ignem nutriri, qui propria impellente natura ſurſum aſcendit. [4] Errauit, inquam, Empedocles inepte ſuperiorem, atque inferiorem plantarum aſſignans partem. [5] Neque enim putan-

Tex 38.

1 Empedocles autem non bene dixit hcc, addens augumentum accidere plantis:

2 deorſum quidem cum radicantur, propterea quod terra ſic fertur ſecundum naturam,

3 ſurſum autem propterea quod ignis ſimiliter.

4 Neq; enim ſurſum, & deorſum benè accipit.

5 Nõ.n. idē ſurſum, & deorſũ omnibus, & ipſi vniuerſo.

putandum eſt, quemadmodum in vniuerſo, id ſurſum dicitur, quod magis à mundi centro diſtat, deorſũ verò quod magis idem appropinquat centro, ita in corporibus animatis deſignari ſurſum, ac deorſum. 6 Sed ſicut in animalibus caput ſuperiorem vocamus partẽ, eò quod alimentum ſumat, 7 ita & in plantis radicem, quę trahit alimentum, & animalium capiti proportione reſpõdet, ſuperiorem dicimus partem. 8 Quandoquidem inſtrumenta ex operationibus ad quas tanquam ad proprios fines diriguntur eadem, ad diuerſa dicuntur.

6 Sed vt caput animalium,

7 ſic radices plantarum ſunt.

8 Si congruit inſtrumenta dicere diuerſa, & eadem operibus.

Præterea falſum eſt naturalem elemẽtorum motum auctionis cauſam eſſe.

Tex 39.

1 Adhæc autẽ quid eſt quod continet quæ in contraria feruntur, ignem, & terram?

2 Diſtrahentur enim niſi aliquid erit prohibens.

3 Si verò erit, hoc eſt anima, & cauſa augendi, & alendi.

Nam 1 ſi terra, & ignis ob motum, quo in contraria cientur loca, plantarũ alunt partes, quid ipſa continet, ac vnit? 2 Neceſſe enim erit ab inuicem diſtrahi, ac ſeparari, atque plantarum diſſolutionem ſequi, niſi continens aliquid ſit, quod intra quoſdam quaſi cancellos ipſa coerceat, ac diſiungi prohibeat. 3 At hoc quid aliud præter animam erit? anima igitur vniens & continens elemẽta, quæ eius patiuntur imperium, auctionis, ac nutritionis cauſa eſt.

Tex. 40.

1 Videtur autem quibuſdam ignis natura ſimpliciter cauſa nutritionis & auctionis eſſe, etenim ipſe videtur ſolus

Putant 1 quidam alij ignem primariam, ac principalem eſſe nutritionis, & auctionis cauſam, quoniam hic ſolus ob

ob maximam actiuitatem inter cætera corpora ſimplicia ſuſcipere alimentum, eoque maior fieri videatur.[2] Vnde & in plantis, & in animalibus ignem dumtaxat auctionis, ac nutritionis cauſam eſſe quiſpiam arbitrari poteſt.

At ignis [1] inſtrumentaria dumtaxat nutritionis cauſa eſt, haudquaquam verò principalis, ac primaria, quemadmodum eſſe anima videtur. Manifeſtũ ſanè hoc eſt.[2] Nam ignis nullos ſibi terminos in propria auctione præſcribit, ſed eò vſque agit, maiorque fit, quò pręſens fuerit combuſtibile, eoque exiſtente nunquã augeri deſinit.[3] At corpora, quæ natura, [a] ſeu anima conſtant, & verè, ac propriè augentur, certum magnitudinis, & auctionis terminum habent, neque enim perpetuo exiſtente alimento augentur, ſed eò interdum vtuntur, atque prorſus augeri deſinunt, [4] non ergò animatorum corporum auctio, & magnitudo ab igne, vt à principali, ac primaria cauſa eſt ſed ab anima, quæ forma cùm ſit, ignis actionem regere, & ad certos vſq; terminos coercere poteſt.

Sed iam his præmiſſis vegetatiuæ animæ naturam contẽplari aggrediamur.

Quoniam [1] autem huius animæ potentiæ nutritiua, augumentatiua, & generatiua idem omnes obiectum, nempè

corporum, aut elemẽtorum ali, & augumentari.

2 Vnde & in plantis, & in animalibus putabit vtique quis hunc eſſe id quod operatur.

Tex 41.

1 Hic autem concauſa quidem quodammodo eſt, non tamen ſimpliciter cauſa, ſed magis anima.

2 Ignis enim augumentum in infinitum abit, quouſque fuerit combuſtibile.

3 Natura autem cõſtantium omnium terminus eſt, & ratio magnitudinis, & augumenti.

a *Auerroes Philoponus.*

4 Hæc autem animæ ſunt, ſed non ignis, & rationis magis, quam materiæ.

Tex 42.

1 Quoniam autem eadem potentia animæ eſt nutritiua, & generatiua, de alimento neceſſarium eſt determinare primum.

a *Auerroes.*

Digitized by Google

pè alimentum reſpiciunt, neceſſe eſt antequam earum naturam, & operationes contemplemur, de communi earũ obiecto alimento dicamus. a Siquidem b ex eo quod anima vegetatiua circa alimentum verſetur, ab alijs conſequenter animabus differat.

a Separatur enim ab alijs potentijs opere hoc.
b S. Thomas.

Tex. 43.

Quidam 1 ignem ſiccitate præditum humidis corporibus, vt oleo, nutriri aduertentes alito eſſe oppoſitum alimẽtum exiſtimant. At cùm interdum oppoſitum haudquaquam oppoſito nutriri videant; 2 id omnibus oppoſitis minimè contingere, vt ſit alteri alterum alimentum, ſed ijs tantummodò aiunt accidere, quæ non modò ex ſe ſe viciſſim fieri, ſed augeri quoque poſſunt. 3 Neque enim cùm in contrarijs dumtaxat qualitatibus tranſmutatio eſt, vt cũ ſanitatem recipit ægrotans, nutritio fit, ſed tum ſolùm, cum ſubſtantiarum accidit mutatio, atq; ipſas materias propria affectas quãtitate ſimul iungi oportet. 4 Aduertendum autem eſt, oppoſita, quæ ſe ſe augere poſſunt, ità conſtituta non eſſe, vt alterum alteri ſine vllo diſcrimine alimento ſit, ſed ignobilius quidem nobilioris, nobilius autem ignobilioris haudquaquam alimentum eſſe; quandoquidem alimentum ad id quod alitur, perindo ac materia ad formam comparetur. 5 Ex quo fit, licèt aqua

1 Videtur autem eſſe alimentum contrarium contrario.

2 Non omne autem omni, ſed quęcumq; contrariorum non ſolum generationem habent ex inuicem, ſed & augumentationem.

3 Fiunt enim multa ex inuicem, ſed non omnia, vt ſanum ex laborante.

4 Videntur autem neque illa eodem modo adinuicem eſſe alimentum.

5 Sed aqua quidem igni alimentum eſt, ignis autem nõ alit aquam.

aquâ & ignis oppoſita ſint, ac ſe ſe viciſſim augeant, quia tamen aqua ignis materia quodammodò eſt, propriũ eius alimentum dici.[6] Atque in ſimplicibus maximè corporibus accidit, vt aliud quidem alimenti, aliud verò aliti rationem habeat, quoniam hoc ordine diſpoſita ſint in vniuerſo, vt quod inferius iacet, & continetur materiæ locum habeat ob imperfectionem innatam, ſuperius autem, & continens formæ vicẽ gerat maiorem nactum perfectionẽ. Ex his, quæ ab Antiquis de alimento dicũtur, propriam eius definitionem conſtituere licet. Erit enim alito oppoſitum alimentum, atq; ipſum in ſubſtantia mutatum augere valens, eoque ignobilius exiſtens.

6 In ſimplicibus igitur corporibus hęc eſſe videntur maximè, aliud quidem alimentũ, aliud verò quod alitur.

Alij [1] verò quicquid augetur ſimili augeri videntes, ſimili quoq; nutriri ſimile aiunt. Quapropter magna in alimenti natura explicãda videtur eſſe difficultas, [2] cũ alij, quos ſupra diximus, oppoſito eſſe oppoſitum alimentum cenſeant. Sic verò hanc ſententiam probant. [3] Simile haudquaquam patitur à ſimili, ſed oppoſitum ab oppoſito. [4] At alimentum ab eo patitur quod nutrit, cùm in eius vertatur ſubſtantiam, ac mutetur, non ergò ſimile, ſed oppoſitum alimentum eſt. Maior patet, [5] quia omnis mutatio in oppoſitum, aut medium tendit.

Tex. 44.

1 Dubitationem autem habet: dicunt enim hi quidem ſimile ſimili ali; ſicut & augeri.

2 Alijs autem ſicut diximus, è contrario videtur, contrarium contrario,

3 tanquam impaſſibile ſit ſimile à ſimili.

4 Alimentum autem mutari, & digeri.

5 Mutatio autem omnibus in contrarium, aut in medium.

tendit. Hæ ſunt opiniones, quas Antiqui de alimento dicunt. Iam quomodo veræ, ac falſæ ſint determinare oportet.

Tex 45.
1 Adhuc autem alimentũ patitur aliquid ab eo, quod alitur, ſed nõ hoc ab alimento, *a Auerroes*.

Id [1] autem ſcire neceſſe eſt, alimentũ ab eo, quod alitur, pati, ac tranſmutari, eiq; perinde ac materiam ſubijci; id verò quod alitur, non ita ab alimento pati, ac mutari, vt in eius vertatur ſubſtantiam., [2] quemadmodum nec Faber à materia, quam elaborat, ſed hæc potius ab illo tanquam ab agente patitur, ac mutatur. [3] Niſi eo modo quo Faber patitur, cùm ocioſus exiſtens operari incipit, ſic alendum corpus pati dicamus, quatenus ex non operante fit actu operans. [4] Sed quæri hic poteſt vtrum appellandum ſit alimentum id, quod primò aduenit corpori animato, an id, quod poſtremò partibus adiungitur, quorum alterum prior aſſeruit ſententia, alterum verò poſterior. [5] Reſpondeo vtrumque poſſe vocari alimentum, ità vt cùm primò aſſumitur nondum cõcoctum ſit, cùm verò iam corporis partibus adhæret, mutatum, atque concoctum exiſtat. [6] Ex quo fit alimentum, quatenus nondum eſt concoctum, ei, quod alitur, oppoſitum, [7] quatenus verò concoctum, ac mutatum eſt, ſimile eſſe. [8] Quapropter manifeſtè patet vtrã que quodammodò Antiquorum ſententiam veram, & falſam eſſe. Nam vera qui-

2 ſicut neque Faber à materia, ſed ab illo hæc.

3 Faber autem mutatur ſolũ in actum ex ocio.

4 Vtrum autem ſit alimentũ id, quod vltimò aduenit, an id quod primò, habet differentiam.

5 Si verò vtrumque ſed hoc quidem indigeſtum, illud autem digeſtum, vtroq; vtique modo continget alimentum dicere.

6 In quantum enim indigeſtum, contrarium contrario alitur,

7 in quantum verò digeſtũ, ſimile ſimili.

8 Quare manifeſtum eſt qđ dicunt quodammodò vtriq; & rectè, & non rectè.

Digitized by Google

quidem vtraque eſt, cùm prior alimentum oppoſitum eſſe, poſterior autem ſimile dicat: falſa verò vtraque videtur ſententia, quia prior oppoſitum dumtaxat alimentum eſſe, poſterior autem ſimile tantùm eſſe putat. Exiſtimandum ergò eſt, alimentum quidem oppoſitum eſſe, quatenus nondum concoctum eſt, ſimile verò, quatenus iam mutatum, & concoctum exiſtit.

Sed vt perfectam alimenti naturam, ac definitionem aſſequamur.

Sciendum eſt quoniam vita carens propriè ali nequit alimentum, quatenus alimentum eſt, quódcumque minimè corpus, ſed animatum dumtaxat corpus, quatenus eſt animatum, reſpicere. 2 Quare alimentum ad id, quod prædictum anima eſt per ſe, ad corpus autem per accidẽs tantummodò refertur. Ex his vera alimenti colligitur definitio, Corpus namq; eſt ad animatum, perinde ac materia ad agens relatum initio tranſmutationis oppoſitum, ea verò perfecta, ac in ſubſtantiam aliti conuerſione facta, ſimile exiſtens. Atque hæc de alimenti natura ſatis dicta ſufficiant.

Iam de operationibus animæ vegetatiuæ, vt eius naturam, & quidditatem cognoſcamus, dicendum eſt.

Notandum ergò eſt, alimentum,

 quate-

Tex. 46.

1 Quoniam autem nihil alitur non participans vita, animatum vtiq; erit corpus qđ alitur, in quantũ animatum.

2 Quare alimentum & ad animatum eſt, & non ſecundũ accidens.

Tex. 47.

1 Eſt autem eſſe aliud alimẽto, & augumentatiuo.

quatenus ad corpus animatum refera- tur, duplicem quaſi rationem formalẽ ſubire,& alia quidem nutritionem, alia vero auctionẽ reſpicere. [2] Nam vt corpus [a] animatum imperfecta quantitate, ac molli, flexibiliq; ſubſtantia præditũ eſt, ab ipſo augeri alimento, atque extendi poſſe videtur. [3] Vt verò hoc aliquid eſt, indiuiduaque ſubſtantia, quã ſarciendo cõſeruare oportet, ab eodem nutriri alimento, quo viuentis ſubſtantia perpetuò fluens reparatur, aptum eſt: [4] quandoquidem eò vſque animatum viuit corpus, quò ſuſcipere alimentum poteſt. [5] At verò vt idem alimentum in ſubſtantiam excremẽtitiam verti poteſt, animatum corpus generando efficere aptum eſt; [6] non ipſum quidẽ, quod auget, ac nutrit, ſed aliud numero diſtinctum, ſpecie ſimile exiſtens: [7] Iam enim viuens quod alitur ſecundum ſubſtantiam eſt, ac ſeipſum generare nequit, ſed tantummodò fluentes propriæ ſubſtantiæ partes reparando conſeruare poteſt. Quapropter manifeſtum eſt tres eſſe animæ vegetatiuæ operationes, nutritionem, auctionem, & generationem.

Ex his [1] animæ vegetatiuæ, quæ operationum, quas diximus, principium eſt, definitio colligitur. Eſt enim potentia quædam apta conſeruare corpus animatum

2 Secundũ enim quod quantum quoddam eſt, augumẽtatiuum eſt.

a S. Thomas.

3 Secũdum autem quod hoc aliquid, & ſubſtantia, alimẽtum, conſeruat enim ſubſtãtiam;

4 & eouſque eſt, quouſque alitur,

5 Et generationis quoque factiuum eſt,

6 non eius quod alitur, ſed talis, quale id, quod alitur.

7 Iam enim eſt ipſa ſubſtantia, generat autem nihil ipſũ ſeipſum, ſed conſeruat.

Tex. 48.

1 Quare huiuſmodi animæ principium potentia eſt talis, vt conſeruet habens ipſam, ſecundum quod eſt huiuſmodi.

matum; quatenus animatum eſt. Atq; hoc modo ſolam nutritionem, vt magis neceſſariam, ac perennem operationem hæc vegetatiuæ animæ definitio comprehendit. At quiſpiam dicet, alimentum id eſſe, quod corpus viuens conſeruare aptum eſt. 2 Reſpondeo alimentum eſſe id, quo vt materia animæ ſubiecto, atque in ſubſtantiam viuentis conuerſo, ad proprium alendum, ac ſeruandum corpus, vtitur anima. 3 Ex quo patet ipſum quidem effectricem non eſſe viuentis conſeruationis cauſam; ſed vt materiam concurrere, ſine qua animatum corpus eſſe, aut ſeruari nequit. Vt verò hoc melius innoteſcat.

Sciendum eſt 1 tria in nutritione conſideranda eſſe; id quod alitur, id quo alitur, & alens. 2 Atque alens quidem prima anima eſt, ſeu vegetatiua, quæ reſpectu aliarum animarum ordine naturæ prima eſt. 3 Quod verò alitur, eſt ipſum corpus animatum. 4 Quo autem alitur, alimentum, ſeu materia, ex qua alitur viuens. Quapropter manifeſtum eſt animam effectricem viuentis conſeruationis cauſam eſſe, alimentum verò vt materiam concurrere, ſine qua nutriri viuens impoſſibile eſt. 5 At quoniam rerum denominatio ex fine deſumenda eſt, vegetatiuæ autem animæ operationes, vt nutritio, & auctio ad ſimilis genera-

2 **Alimentum autem præparat ad operandum.**

3 **Vnde priuatum alimento non poteſt eſſe.**

Tex. 49.

1 Quoniam autem ſunt tria quod alitur, quo alitur, & alens.

2 Alens quidem eſt prima anima.

3 Quod verò alitur eſt habẽs hanc, corpus.

4 Quo autem alitur, alimentum.

5 **Quoniam autem fine appellare omnia iuſtum eſt: finis** autem eſt generare, quale ipſum:

nerationem, tanquam ad præcipuum, ac principalem diriguntur finem, augetur enim viuens, vt debitam, ac perfectam nanciſcatur quantitatem, qua ſimilis generationem efficere queat, nutritur verò, vt indiuiduum ſeruet, ſimileque proinde generare, ac propriam ſpeciem conſeruare poſſit; iure optimo anima vegetatiua ob præcipuam operationem, quæ finis aliarum eſt, atque ad ſpeciem conſeruandam ex neceſſitate requiritur, generatiua appellanda erit. Quare, & per hanc quoq; operationem primam, ſi naturæ ordinem ſpectemus, deſipire animam conſentaneum erit, 6 eamq; ſimilis in ſpecie generatiuũ principium dicere. Atque perfecta hæc, & cõpleta animæ vegetatiuæ definitio eſt, quæ & generationem vt præcipuam, ac finalem operationem clarè exprimit; & nutritionem, atque auctionem, quatenus ad generationem vt ad proprium diriguntur finem, tacitè comprehendit.

Aduertendum 1 autem eſt, vt poſtremam tractationi de anima vegetatiua manum imponamus; a id quo ab anima nutritio fit, (idem autem de alijs animæ operationibus intelligo) duplex eſſe, & calorem, & alimentum, 1 quæ manui, ac temoni quibus gubernatur nauis, aſſimilantur. Sicut enim nauta vtitur manu, ac temone ad regendam

6 erit vtiq; prima anima generatiuum quale ipſum.

Tex 50.

1 Eſt autem id quo alitur, duplex,

a *Simplicius.*

1 ſicut & quo gubernatur, & manus, & temo.

nauim, ita & anima calore, & alimen-
to vtitur ad proprium alendum corpus.
3 Atque horum hoc quidem mouet, ac
mouetur, vt calor, qui cùm inſtrumen-
tum animæ ſit, ab ea mouetur, & cor-
pus quod alit, mouet; 4 aliud verò mo
uetur ſolùm vt alimentum, quod perin
de ac materia, ex qua alitur corpus, ab
ipſa alteratur, ac tranſmutatur anima.
Etſi enim alimentum ſit id, quo ab ani-
ma nutritur viuens, hoc tamen ſine ca-
lore, vt medio inſtrumento, anima præ-
ſtare nequit. 5 Ipſum namque alimen-
tum concoqui neceſſe eſt, vt in corpo-
ris animati ſubſtantiam verti poſſit: 6
at concoctio propria caloris operatio
eſt, quare animam ſine calore corpus
alere impoſſibile eſt, 7 omneq; proin-
de corpus animatum eſſe præditum ca-
lore oportet. 8 Atque hæc de alimento
quidem imperfectè, ac leuiter, quantũ
ad vegetatiuę animæ naturam declaran
dam ſufficiens erat, diximus. 9 Exactius
autem b poſterius de ipſo in libris de
animalium ortu agemus.
10 Iam vegetatiuæ animæ naturam ex-
plicauimus. Nunc de parte animæ ſenſi
tiua agendum eſt. Sed quoniam de ani
ma ſenſitiua in ordine dumtaxat ad ope
rationem conſiderandum eſt nobis, ſen
ſatio autem, quæ propria eius operatio
videtur, media actione fit, quam ſen-
ſus

3 Hoc quidem quod mouet, & quod mouetur.

4 Illud autem quod mouetur ſolum.

5 Omne autem alimentũ con coqui poſſe neceſſarium eſt.

6 Operatur autem cõcoctionem calidum.

7 Vnde omne animatum habet calorem.

8 Figura igitur alimentũ q̃d ſit, dictum eſt,

9 exactius autem manifeſtãdũ poſterius de ipſo in proprijs ſermonibus.

b *Simplicium.*

ſus ob obiecto ſenſibili patitur, antequã doceamus modum, quo ſenſibile obiectum in ſenſum agit, probare neceſſe eſt ſenſum potentiam eſſe, quæ ab obiecto veluti agente patitur, & in actum propriæ ſenſationis ducitur.

Tex. 5 1.

1 Determinatis autem his dicamus communiter de omni ſenſu.

Tractatu 1 igitur de anima vegetatiua peracto, de ſenſu in vniuerſum, quę polliciti nunc ſumus, docere aggrediamur. 2 Notandum ergò eſt, omnem ſenſationem, vt prius dictum eſt, in aliqua ſenſus motione, ac paſſione conſiſtere. 3 Quædam enim alteratio ſenſus, non corruptiua, ſed perfectiua ſenſatio videtur, quatenus mutatio eſt ſenſitiuam excitans, ac determinans potentiam ad iudicium de ſenſibili obiecto promendum. Manifeſtum ſanè hoc eſt, nam ſenſatio perpetua, ac perennis operatio nõ eſt; ſed aliquando quidem fit, aliquando verò non. Quare ſenſus modò actu, modò poteſtate eſt. Quoniam verò id, quod æquè in potentia ad oppoſita eſt, ſe ipſum perficere, atque in actum ducere nequit, aliquod eſſe externũ agens oportet, à quo determinetur ad alterum, & in proxima ad operandum potentia conſtituatur. At hoc fieri haudquaquã poteſt, niſi aliqua externi agentis actio, atque ſenſus intercedat paſſio, motio ergò aliqua, ſeu paſſio ſenſatio eſt. 4 Hoc animaduerterunt quidam à

2 Senſus autem in eo, quod eſt moueri aliquid, & pati accidit, ſicut dictum eſt.

3 Videtur enim quædam alteratio eſſe.

4 Aiunt autem quidam, & ſimile à ſimili pati.

ſimili

ſimili pati ſimile dicentes. [5] At quomodo hoc eſſe, aut non eſſe poſſit, in tractatu communi de ipſo agere, ac pati determinatum eſt.

Dubitatio [1] autem eſt, propter quid ſenſus, [a] ſi eos cum ſenſorijs confundamus, ſeipſos non ſentiant, hoc eſt, [2] quã ob cauſam ſenſibilibus præditi elementis, vt igne, terra, alijsq; ſimilibus, externis etiam remotis obiectis haudquaquam ſentiant; [3] ſiue ſecundum proprias ſubſtantias [b] elementa ſenſibilia dicantur, ſiue ſecundum accidentia. Si enim quæras propter quid ſenſibilibus abſentibus obiectis minimè ſẽſatio fiat; id facilè euenire dicam, quia ſenſus præſentia dumtaxat obiecta percipiunt. Quòd ſi ſenſus qualitatibus ſenſibilibus conſtent; nulla aſſignari poteſt ratio, ob quam ſentire nequeant. [4] Sed manifeſta ex dictis huius dubitationis ſolutio eſt. Nam ſenſitiuum, ſeu conflatum & ſenſorio, & facultate ſentiendi per ſenſibiles, quibus affectum eſt qualitates, non actu conſtituitur potens iudiciũ de ſenſibili obiecto pronunciare, ac fundere, ſed in ſola potentia eſt, eamq; diſpoſitionem, ac mutationem pati valet, qua vltimò completur, ac diſponitur ad actum ſenſationis eliciendum. Quare [5] cum nihil à ſeipſo pati, ac ſe ſe de potentia, quæ oppoſita æquè reſpi-

5 Hoc autem quomodò poſſibile ſit, aut impoſſibile dictum eſt in vniuerſalibus ſermonibus de ipſo agere, & pati.

Tex. 52.

1 Habet autem dubitationẽ propter quid ſenſuum ipſorum non fit ſenſus.

a *Themiſtius Philoponus Alexander apud Simplicium.*

2 Et quare ſine ijs, quæ ſunt extra, non faciunt ſenſum, inexiſtente igne, & terra, & alijs elementis:

3 quorum eſt ſenſus per ſe, aut ſecundum ea, quæ accidunt his.

b *Themiſtius S. Thomas.*

4 Manifeſtum igitur eſt, qđ ſenſitiuum non eſt actu, ſed potentia tantum.

5 Vnde non ſentit;

ciat, in actũ dicere poſſit, manifeſtũ eſt ſenſus ſẽſibilib[9] remotis obiectis, quorum dumtaxat actione in proxima ad ſentiendum potentia conſtituuntur, nec ſeipſos ſentire, nec vllã ſimpliciter poſſe habere ſenſationem. Comprobatur exemplo combuſtibilis. Nam combuſtibile dicitur, quod habet potentiam paſſiuam, vt comburatur. [6] At combuſtibile externo remoto combuſtiuo per ſe comburi vllo pacto nequit; [7] niſi ſeipſum comburere, atq; igne actu exiſtente opus non eſſe ad combuſtionem efficiendam dicamus, quod tamen abſurdum, & impoſſibile eſſe clarum eſt. Eadem ergò ratione ſenſus per ſe ſumptus ſentire nequit, ſed aliquod eſſe externum agens oportet, à quo excitetur, ac determinetur ad actum ſenſationis eliciendum.

Quoniam igitur ſenſus potentia quędam paſſiua eſt, cùm patiendo in actum ſenſationis prodeat, vt agens ipſum inueſtigemus, à quo de potentia in actum ducitur.

Notandum [1] ſecundò eſt, animal ſentiens [2] dupliciter dici. Quandoque enim audiens, ac videns, audire, ac videre potentia dicitur, vt cùm ſomno oppreſſum, aut in tenebris iacet: quandoq; verò actu audire, ac videre cenſetur, vt cum iam operatur, & agit. Eodem

6 Sicut combuſtibile non cõburitur ipſum per ſe ſine cõbuſtiuo.

7 Cõbureret enim ſeipſum, & nihil indigeret ignis actu exiſtentis.

Tex 53.

1 Quoniam autem ſentire dicimus dupliciter: potentia enim & audiens, & videns audire, & vi'ere dicimus, & ſi fuerit dormiens,

2 & quod iam operans eſt,

3 Eodem modo ſenſitiua facultas dupliciter dici conſueuit, & potentia quidem cùm actu non ſentit, ſed ſentire poteſt; actu verò, cùm actu ſentit. 4 Item & dupliciter ſenſatio quoq; ipſa dicitur, & potentia cùm non eſt, ſed eſſe poteſt; & actu, cùm iam exiſtit.

At nos affirmare contraria dices, * cùm ſenſum paſſiuum quid eſſe, atque in actu exiſtere ſtatutum ſit.

Id 1 tamen ſcias oportet nos agere, moueri, ac pati, perinde, ac ſine eadē vſurpaſſe. Etenim quemadmodum id, quod vim efficiendi habet, quando in actum exit, agere, & operari dicitur, ita & id, quod natura eſt aptum moueri, ac pati; atque perfectionem accipere, ad quam in potentia eſt, cùm actu mouetur, ac propriam ſuſcipit perfectionem, agere, & operari cenſetur, latè ſumpta actione, quatenus competere cuilibet videtur, quod in actum, ac propriam operationem exit, dummodò tamen id, quod operari dicitur, ad perfectionem ſuſcipiendam, quam externum efficit agens, actiuè aliqua ex parte concurrat. Hæc ex allata in Phyſicis definitione motus declarari poſſunt. 2 Etenim motum imperfectum quendam eſſe actum mobilis exiſtentis in potentia diximus, ex quo ei, quod patitur actio tribui videtur. 3 Quæ autem ſic patiuntur, & iam

Q 2 mouen

3 dupliciter vtque dicetur & ſenſus, hic quidem vt potentia, ille vero vt actu.

4 Similiter autem & ipſum ſentire, & quod potentia exiſtit, & quod actu.

* S. Thomas.

Tex. 54.

1 Primum igitur tanquam ſi idem pati, & moueri, & agere dicimus.

2 Etenim motus eſt actus quidā, imperfectus tamen, quēadmodū in alijs dictum eſt.

3 Omnia autem patiuntur & mouentur ab actiuo, & actu exiſtente.

mouentur, atq; in actum exeunt, non à ſe, ſed ab externo agente mouentur, quod in actu perfecto exiſtit. Quare etſi ſenſitiua facultas ſentiendo patiatur, atque ab exteriori agente in actum ducatur, iure tamen agere, atque operari dicitur, cùm actiuè ad ſenſationis formam, ac finen concurrat. 4 Ex his patet id, de quo prius dubitatum eſt, vtrum patiens à ſimili, an à diſſimili patiatur. Nam patitur & à ſimili, & à diſſimili, 5 dũ enim patitur diſſimile agenti eſt, poſtquã verò paſſum eſt, eidem iam ſimile exiſtit.

Notandum 1 tertiò eſt, potentiam, & actum confusè adhuc, & indiſtinctè accepta diſtinguẽda eſſe. 2 Nam is potentia ſciens dicitur, qui homo cùm ſit, ſcientiæ capax eſt, & ad eam recipiendam ſuàpte natura ordinatur. Atq; hęc ad actum primum potentia eſt, quæ ſcientiam veluti formam in animo ſuſcéptam reſpicit. 3 Præterea is quoque ſciens potentia dicitur, qui iam ſcientiam, & grammaticam habet, atque in actum ſciẽtiæ pro libito exire poteſt. Quę quidem potentia ad actum ſecundum, ſeu ad formæ operationem eſt. 4 Vterque igitur horum potentiam habet, & potentia dicitur ſciens. At non eodem modo, 5 ille enim in potẽtia eſt, perinde ac materia ad formam, 6 hic autem ve-

4 Quapropter eſt quidẽ vt à ſimili patiatur, eſt autem vt à diſſimili, ſicut diximus.

5 Patitur enim quod diſſimile eſt, paſſum autẽ ſimile eſt.

Tex. 55.

1 Diuidendum autem eſt & de potentia, & actu: nunc .n. ſimpliciter diximus de ipſis.
2 Eſt enim ſic ſciens aliquid, ſicut ſi dicamus, hominem ſcientem, quoniam homo ſcientium eſt, & habentium ſcientiam.

3 Eſt autem ſicut iam dicimus ſcientem habentem grã maticam.

4 Vterque autem horum non eodemmodo potens eſt,

5 ſed ille quidem quia gen' huiuſmodi, & materia eſt,
6 hic autem quia volens po-

Digitized by Google

ſuti forma ad operationem, quandoquidem ſcientiam habet, & pro libito ſpeculari poteſt, niſi aliquid extrinſecus prohibeat. Ex his duplicem quoq; actũ eſſe apparet. Nam alius primus dicitur actus, quem habere tum quiſpiam dicitur, cùm ſcientiam, & grammaticam habet 7 alius verò actus ſecundus appellatur; quo ſciens actu ſpeculatur, veluti Grammaticus, dum actu conſiderat litteram A, & verè, ac perfectè ſciens dicitur.

Quonian 1 verò potentia ſcientes sũt & qui ſcientiam recipere, & qui ſpeculari iam poſſunt, non eadem prorſus ratione de potentia in actum ducuntur. 2 Nam qui ſcientiæ tantummodò capax eſt, à magiſtro per diſciplinam alteratus, ac ſæpè de contrario mutatus habitu, quo falſam rerum cognitionem habebat, in actum ducitur. 3 Qui verò ſciens eſt, & grammaticam habet, ac ſpeculari poteſt; minimè autem ſpeculatur; in actum ſpeculationis alio ducitur modo; quem inferiùs declarabimus.

Notandum 1 quartò eſt ipſum pati non eſſe quid ſimplex, ſed multiplex. 2 Nam aliud corruptio quædam eſt, ac tranſmutatio de poſitiuo contrario in poſitiuum contrarium ab oppoſito procedens agente, vt cum expulſo à ſubiecto

---

tés eſt ſpeculari, niſi aliquid prohibeat eorum, quæ extrinſecus.

7 Alius autem iam ſpeculãs, actu exiſtẽs, & proprie ſciẽs hanc litteram A.

Tex 56.

1 Ambo igitur primi ſecundum potentiã ſcientes ſunt.

2 Sed ille quidem per diſciplinam alteratus, & ſæpè ex contrario mutatus habitu:

3 hic autem ex eo quod habet ſcientiam, aut grammaticam, non agit autem, ad agendum alio modo.

Tex. 57.

1 Non eſt autem ſimplex, neque ipſum pati.

2 Sed aliud quidem corruptio quædam à contrario.

ĉto frigore introducitur calor. 3 Aliud verò pati alteratio quædam eſt perfectiua ſubiecti, in quo fit, ab agente in actu procedens, atque nihil à ſubiecto exiſtente in potentia remouens. 4 Quæ cũ tale ſit poteſtate patiens, quale actu exiſtit agens, à ſimili prouenire dicitur, vt cum in aere tenebroſo fit lumen, perfectione dumtaxat ab aere acquiſita, quã in potentia exiſtens aer à corpore lucido patitur. Hæc allato iam ſcientis exẽplo declarari poſſunt. 5 Nã is qui ſcientiã habet, & ſpeculari poteſt, cum ſpeculatur, & ad actum ſecundum tranſit, nihil prorſus amittens perfectionem tantummodò acquirit, nempè ſpeculationem, ad quam prius in potentia erat. 6 Ex quo fit, hunc tranſitum de potentia in actum, aut alterationem non eſſe, perfectionis dumtaxat, actuſque additione facta, 7 aut aliud eſſe alterationis genus.

Ex his 1 patet haudquaquam rectè dici prudentem alterari, cum ex habitu prudentiæ agit, 2 quemadmodum nec ædificatorem, cum in actum exit, atq; ædificat. 3 Quare agens, quo quis prudentiæ, aut ſcientiæ habitum nactus de potentia in actum intelligendi, prudenterq; agendi ducitur, nec docens, nec doctrinam ingenerans dicitur, ſed quandam aliam ſortitur denominationem,

3 aliud autẽ ſalus magis eius, quod eſt potentia, ab eo, quod eſt actu,

4 & ſimili ſic, vt potentia ſe habet ad actum.

5 Speculans enim fit habens ſcientiam,

6 Quod quidem aut non eſt alterari, in ipſum enim additio eſt, & in actum,

7 aut alterum genus alterationis.

Tex. 58.

1 Quocirca non rectè ſe habet dicere ſapientem, cum ſapit, alterari,

2 ſicut nec ædificatorem, cũ ædificat.

3 In actum igitur ducens ex potentia exiſtente ſecũdum ipſum intelligere, & ſapere, non doctrinam, ſed alteram habere denominationẽ iuſtũ eſt.

propterea quod nullam in addiſcentis animo qualitatem generat. 4 At verò is a qui ſcientiam ad quam erat in potentia nanciſcitur, atque ignorans addiſcit, deq; potentia prima in actum primum ducitur, etſi ab agente actu exiſtente, ac docente aliquã in animo qualitatem ſuſcipiat, aut nec etiam patitur, ſicut diximus, ob nullius expulſionem qualitatis, aut duos eſſe alterationis modos oportet, 5 alium quidem propriè dictum, quo diſpoſitiones inducuntur oppoſitas è ſubiecto excludentes diſpoſitiones, 6 alium verò improprium, quo habitus, ac poſitiua acquiritur perfectio, nullius exiſtente perfectionis interitu. Quæres vtrum, cùm falſa ab animo opinione pulſa introducitur verà, propriè dicta alteratio contingat? b Reſpondeo, quoniam intellectus ſuapte natura ad habitum ſcientiæ, tanquam ad perfectionem dirigitur, ac ſæpè veram nanciſcitur ſcientiam, haudquaquã falſa præexiſtente opinione, per accidens omninò eſſe, quod cùm ſcientiam intellectus acquirit, falſa ſit opinione imbutus. Quare cùm ad ſcientiam exiſtens mutatio nullius per ſe habitus depulſionem requirat, impropriè dicta, ac perfectiua dumtaxat alteratio erit.

His iactis fundamentis explicandum eſt à

4 Ex potentia autem exiſtente addiſcẽs, & accipiens ſciẽtiam ab actu exiſtente, & docente, aut neque pati dicendum, ſicut dictũ eſt, aut duos eſſe modos alterationis.

a S. Thomas.

5 Et eam, quæ ad priuatiuas diſpoſitiones mutationem,

6 Et eam, quæ ad habitus, & ad naturam.

b S. Thomas.

eſt à quonam agente patiatur ſenſus, & in actum ducatur.

Tex. 59.

1 Senſitiui autem prima quidem mutatio fit à generante.

Prima [1] igitur ſenſitiui mutatio, qua è potentia remota in actum primum ducitur à generante fit, quod ex ſemine ſenſitiuam animam, eiuſq; ſentientem facultatem veluti formam, & actum primum gignit. [2] Cùm autem ſenſitiuum, & animal generatum eſt, tùm ad actualem ſenſationem in potentia eſſe videtur, perinde atque is, qui ſcientiam habens actu ſpeculari poteſt: quandoquidem actualis ſenſatio ei, quæ actu fit, ſpeculationi ſimilis eſt. [3] Quemadmodum igitur ſciens intellectus in actualẽ ſpeculationem ab agente, ſeu ab obiecto mouente ducitur, ità & ſenſitiuum à ſenſibili exiſtente obiecto in actualem ſenſationem ducitur; [a] ſiquidem obiectum in ſenſorium agens vltimò complet, ac diſponit ſentientem facultatem, vt iudicium de ſenſibili obiecto promere, ac fundere queat. [4] Verum tamen eſt quod ſenſus ab exteriori obiecto, vt viſibili, audibili, & alijs ſimilibus in actum propriæ ſenſationis ducitur. Ac ſciens intellectus ab interiori exiſtente obiecto, nempè à phantaſmate, quod ineſt in anima, ſpeculationis actum nanciſcitur.

2 Cum autẽ generatum eſt, habet iam ſicut ſcientiam, & ipſum ſentire.

3 Quod autem ſecundum actum eſt, ſimiliter dicitur, atque ſpeculari.

a Simplicius.

4 Differt autem, quia huiuſmodi actiua operationis extra ſunt, viſibile, & audibile, ſimiliter autem, & reliqua ſenſibilium.

Tex. 60.

1 Cauſa autem, quoniam ſingularium quidem ſecundũ actum ſenſus,

Huius [1] diſcriminis cauſa eſt, quoniam ſenſus actu operans, ſingularia

exiſten-

exiſtentia obiecta ſenſibili materia prædita cognoſcit, [2] intellectus autẽ ſciẽs vniuerſales rerum naturas contemplatur. Vnde fit, quia ſingularia obiecta ſenſibili materia prędita haudquaquam in anima recipiuntur, ſenſitiuæ facultatis actu operantis obiectum externum quid neceſſario eſſe. [3] Quia verò vniuerſalia [a] quodammodo in anima ſunt (ſi ea, non quidem vt ab intellectu cognoſcuntur, ſed vt mouere ipſum ad actualem intellectionem queunt, conſideremus) quatenus ſola potentia in phantaſmatibus inſunt, quæ ſpecies intelligibiles vniuerſales rerum naturas repræſentantes producere poſſunt, motiuum ſcientis intellectus obiectum internum ex neceſſitate eſſe. [4] Ex his manifeſtum eſt, ſcientem intellectum, cum vult ſemper ſpeculari poſſe; quandoquidem ab internis dumtaxat phantaſmatibus dependet, quæ pro animæ arbitrio ex memoriæ theſauro deprompta, atq; à phantaſtica virtute cognita ſpecies intelligibiles ſunt apta efficere, in quibus vniuerſales rerum naturæ cognoſcuntur. [5] At ſenſus pro libito ſentire nõ poteſt, quoniam adeſſe oportet ſenſibile obiectum, à quo moueatur, ac determinetur ad ſentiendum, cùm tamen abeſſe aliquando, ac remotum eſſe contingat. [6] Hoc idem ſimiliter [b] intellectui accidit,

2 ſcientia autem vniuerſalium.

3 Hæc autem in ipſa quodammodo ſunt anima.

a Auerrois.

4 Vnde intelligere in ipſo eſt, cum vult.

5 Sentire autem non eſt in ipſo: neceſſarium eſt enim eſſe ſenſibile.

6 Similiter autem & hoc ſe habet in ſcientijs ſenſibiliũ.

Digitized by Google

a propter eandem cauſam, quia ſenſibilia ſingularium ſunt, & exteriorum.
b *Simplicius Philoponus.*

7 Sed de his quidem exactius manifeſtare naſcetur,& rurſus occaſio.

Tex 61.

1 Nunc autem tantum ſit definitum, quod cum non ſimplex ſit id,quod potentia dicitur,
2 ſed aliud quidem, vt ſi dicamus puerum poſſe militare,
3 aliud autem vt in ętate exiſtentem,
4 ſic habet ſenſitiuum.

Tex.62.
1 Quoniam autem innominata eſt ipſorum differentia:
2 determinatum autem eſt de his, quod alia, & quomodo alia:

dit, qui obiecta ſenſibilia, quatenus ordinari poſſunt ad operationem, cognoſcit, quoniam ſenſibilia ſingularia ſunt, extraq; animam exiſtunt, atque proinde ſemper ad ſuſcipiendam actionem parata eſſe nequeunt. 7 Sed de his quidem exactè magis pertractare alibi opportuna ſe ſe offeret occaſio.

Iam 1 verò hoc tantùm in præſentia determinatum ſit, quoniam id, quod potentia dicitur, multiplex eſt, 2 aliud quidem in potentia remota ad actum primum, vt ſi dicamus, puerum ad militaris artis acquirendum habitum potentiā habere, 3 aliud verò in potentia dumtaxat ad actum ſecundum, & operationē, vt ſi dicamus, hominem militari arte præditum exercitui præeſſe, ac ipſum regere poſſe: 4 ſenſitiuam quoq; facultatem in priori potentia eſſe, cum ex ſemine educi anima, ac extrahi poteſt, in poſteriori autem, cum genita iam exiſtens actu operari apta eſt.

Quoniam 1 autē differentia, qua ſenſus è potētia remota in actum primum, atque ex proxima potentia in actum ſecundum, & operationem ducitur, proprijs nominibus caret, 2 determinatum verò eſt, tranſitum è potentia remota per veram generationem, atque alterationem fieri, eum autem, qui è proxima potentia tranſitum fit, perfectiua dumta-

dumtaxat alteratione ab externo prodeunte obiecto perfici, ac diuerſos proinde hos tranſitus eſſe; 3 neceſſe eſt ipſo pati, & alterari tanquam proprijs nominibus ad vtrumq; tranſitum declarandum vti. Ex his ergò aliquam ſenſitiuæ facultatis deſcriptionem in ordine ad operationem, quam ab externo patitur obiecto inferre licet, 4 ſi dicamus ſenſũ potentia quid tale eſſe, quale actu obiectum eſt. Cùm enim ſenſatio, quæ propria eius videtur operatio, ab externo obiecto in ſenſorium agente fiat, iure ſenſum aliud nòn eſſe affirmamus, quàm potentia id, quod actu obiectum eſt. 5 Ex his manifeſtum quoq; eſt, ſenſum cùm patitur diſſimilem obiecto eſſe, 6 poſtquàm verò paſſum eſt, actione ab externo recepta obiecto ipſi iam ſimilem eſſe, ac tale quid, quale obiectum eſt.

3 neceſſe eſt ipſo pati, & alterari, tanquam proprijs nominibus vti.

4 Senſitiuum autem potentia eſt tale, quale iam actu ſenſibile, ſicut dictum eſt.

5 Patitur igitur non ſimile exiſtens.

6 Paſſum autem aſſimilatum eſt, & eſt, quale illud.

Iam ſenſitiuæ animæ facultatem ab exteriori obiecto tanquam ab agente pati, atque in actum duci perſpicuum eſt. Antequam ergò explicemus modum, quo ſenſus ab externo patitur obiecto, atque in actum ducitur, ſingulorum externorum ſenſuum cognoſcere naturã, eorumq; operationes, quatenus ab externis proueniunt obiectis, conſiderare oportet. Hoc enim probè conſtituto facilè perſpiciemus, quomodo ſenſus

communiter ſumptus ab externo pati obiecto, atque in actum duci queat, perfectamque ſenſus cognitionem habebimus.

Tex. 63.

1 Dicendum autem & ſecundum vnumquemq; ſenſum, & de ſenſibilibus primo.

Dicendum[1] igitur de ſingulis ſenſibus eſt, ac prius aliqua de ſenſibilibus obiectis, vt expoſitum ſuperiùs ordinē ſeruemus, præmittenda ſunt. Et quoniam ſenſibilis nomen ambiguum eſt, ſenſibilia diſtinguere oportet, vt cognoſcamus à quonam ſenſibili obiecto ad cuiuſque ſenſus naturam indagandum procedere debeamus.[2] Senſibile itaq; trifariam dicitur. Sēſibilium enim quędam per accidens ſentiuntur, & illorū quidem alia ſunt propria vniuſcuiuſq; ſenſus, alia verò pluribus communia.[a]

2 Dicitur autem ſenſibile tripliciter: quorum duo quidē dicimus per ſe ſentiri, vnum autem ſecundum accidens; duorum autem aliud quidē proprium eſt vniuſcuiuſque ſenſus, aliud autem commune omnium.

a *Themiſtius Simplicius Philoponus.*

3 Id autem ſenſibile proprium dicò, quod ab vnico dumtaxat percipitur ſenſu, eiuſque adæquatum obiectum eſt,[4] & in quo iudicando ſenſus decipi nequit, ſi requiſitam ſenſibile ad ſenſoriū habeat diſtantiam, qua facillime à ſenſu percipi queat, & ſincerum exiſtat medium re nulla exteriori obſtructum & impeditum, perfectamq; ſenſorium incolume, & valens conſtitutionem ſit nactum, qualem habere putantur animalia, quibus imperfectos natura ſenſus largita non eſt.[5] Hoc modo nec viſus in iudicando colore fallitur, nec auditus in audiendo ſono, neç guſtus in perci-

3 Dico autem proprium quidem quod nō contingit alio ſenſu ſentiri,

4 & circa quod non contingit decipi:

5 vt viſus coloris, & auditus ſoni, & guſtus ſaporis.

percipiendo ſapore. ⁶ At verò tactus obiectum adæquatum plures videntur eſſe contrarietates, quæ ad vnum commune genus haud facilè reducuntur: quas tamen abſque deceptione cognoſcit ſenſus. ⁷ De his igitur vnuſquiſq; ſenſus iudicat, eaq; veluti propria, & adæquata reſpicit obiecta, ac minimè ſentiens fallitur. Neque enim viſus colorem iudicans decipitur, ſed inueſtigans ſubiectam naturam, neque auditus ſonum percipiens fallitur, ſed ſcire id cupiẽs quod perſonat, aut vnde perſonet. Neceſſe etenim eſt potentiã, quę patiendo agit, omnibus neceſſarijs ad rectè operandum poſitis circà propriũ, & adæquatum obiectũ rectè, perfectèq; operari. ⁸ Hæc igitur ſenſibilia vniuſcuiuſq; ſenſus propria videntur.

Communia ¹ verò ſunt hæc motus, quies, numerus, figura, & magnitudo, quæ nullum peculiarem ſenſum vt adæquatam reſpiciunt potentiam, ſed à pluribus ſingillatim ſumpta ex neceſſitate cognoſcũtur. ² Etenim ſenſibilis aliquis motus & tactu, & viſu percipitur. Atq; hæc de ſenſibilibus per ſe dicta ſint.

Senſibilia ¹ autem per accidens ſunt, quæ proprijs accidunt ſenſibilibus, atq; ijs dumtaxat adnexa percipiuntur, vt ſi album ſit Diaris filius. ² Hoc enim per accidens ſentitur, quoniam accidit albo,

6 Tactus autem plures habet differentias.

7 Sed vnuſquiſq; iudicat de his & non decipitur, quod color ſit, neque quod ſonus, ſed quid ſit coloratum, aut vbi, aut quid ſonans.

8 Talia igitur dicuntur propria vniuſcuiuſque.

Tex. 64.

1 Communia autem motus, quies, numerus, figura, magnitudo: huiuſmodi n. nullius ſunt propria, ſed communia omnibus.

2 Etenim & tactu motus aliquis ſenſibilis, & viſu.

Tex. 65.

1 Secundum accidens autem dicitur ſenſibile, vt ſi albũ ſit Diaris filius.

2 Secundum accidens enim hoc ſentit, quoniam accidit albo hoc, quod ſentit.

Digitized by Google

bo, ad quod per ſe terminatur ſenſatio, 3 Quapropter ſenſus ab hoc ſenſibili, quatenus tale eſt, nihil patitur, quandoquidem propriã in ſenſorium haudquaquam imprimit ſpeciem, ſed ex eo ſenſationem cauſat, quòd proprio ſubſtat ſenſibili, à quo per ſe immutari ſenſus poteſt. 4 Quoniam ergò relictis ſenſibilibus per accidens inter ea, quæ per ſe ſenſibilia dicuntur, principem locum obtinent, quæ propria ſunt, ac veluti adęquata obiecta eſſentialiter vnuſquiſque reſpicit ſenſus, horum inueſtigare naturam in ſingulis ſenſibus pertractandis neceſſe eſt; quandoquidem his cuiuſque ſenſus perfectam cognitionem habebimus.

3 Quapropter nihil patitur, ſecundum quod huiuſmodi eſt à ſenſibili.

4 Senſibilium autem ſecundum ſe propriè ſenſibilia sũt propria, & ea, ad quæ nata eſt ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus.

At verò quia præcipuè de ſenſibus in ordine ad proprias operationes agere intendimus, ad perficiendas autem operationes quas ab obiectis patiuntur ſenſus, medium neceſſarium eſt, per quod tranſmittantur ſpecies, quibus in ſenſoria agunt obiecta, de viſu prius, in quo euidentius patet medium agemus, à proprio eius obiecto exordium capientes, vt propoſitum ſuperius ordinem ſeruemus.

Proprium 1 igitur obiectum, ad quod viſus ſuapte natura fertur, viſibile eſt. 2 Duplex autem eſſe viſibile contingit, & colorem, & aliud quoddam innominatum

Tex 66.

1 Cuius igitur eſt viſus, hoc eſt viſibile.

2 Viſibile autem eſt & color, & quod oratione quidem eſt

natum, quod ſignificari quidem poteſt, ſi omnia, quæ noctu lucent dicamus, nullum tamen commune nomen impoſitum habet. 3 Sed de his poſterius manifeſtũ erit. Nec verò quis putet, quoniam duplex viſibile eſt, duplicem quoque viſum eſſe. 4 Nam viſibile, & adæquatum viſus obiectum re vera vnum tantummodò eſt, nempè color, quandoquidem omne viſibile eſſe colorem oportet. Atque hoc modo lux quoque ipſa, ſiue profluat ex corpore lucido, ſiue in perſpicuo terminato ob receptionem luminis reſultet, rationem coloris habet, albedinisque naturam excellenti quodam modò participat. Immò & primario lux nomen coloris meretur, primumq; ideo viſibile dicitur, quoniã ipſa per ſe ſola viſum terminat, & ratio eſt, ob quam alij colores apti ſint mouere viſum. Neque enim cerni poſſet color, niſi ab ipſa luce in ſe recepta perfectionem, potentiamq; proximam ad viſum permouendũ nanciſceretur. 5 Hic autem color, a qui ſuapte natura mouet viſum (perfectũ colorem dico inexiſtentẽ corporibus, quæ haud ſunt viſui peruia) non is eſt, quem obtinent in profundo corpora, ſed is, qui in reali, & phyſica terminati corporis ſuperficie ineſt, 6 quæ per ſe viſibilis eſt, non quidem ratione, ac definitione, quoniam hoc

dicere, innominatum autem exiſtit.

3 Manifeſtum autẽ erit procedentibus maximè.

4 Viſibile enim eſt color.

5 Hic autem eſt id, quod in eo, quod ſecundum ſe viſibile eſt.

a *Themiſtius Philoponus.*

6 Secundum ſe autem, non ratione, ſed quoniam in ſe ipſo habet cauſam, vt ſit viſibile.

Digitized by Google

hoc eſſentialiter ipſi competat, ſed ex eo, quòd in ſe ipſa colorem habet, quo percipi à viſu apta eſt.

Tex. 67.
1 Omnis enim color motiuus eſt eius, quod eſt ſecundum actum perſpicui.

Si igitur 1 colorem, vt refertur ad viſum propria eius operatione ſpectata deſcribere liceat, dicendum eſt ipſum perſpicui exiſtentis in actu motiuum eſſe, ſeu ſpeciei ſenſibilis in perſpicuo illuminato productiuum, 2 atque ex hac proprietate naturam ipſius, quatenus refertur ad viſum conſtitui. 3 Quare cũ perſpicuum actu non ſit niſi illuminatũ, color autem perſpicui exiſtentis in actu motiuus eſt, abſq; lumine haudquaquã viſibilis erit color, ſed omnis cuiuſque rei color in lumine dumtaxat videri poterit. 4 Vnde luminis quidditatem, ac definitionem, vt operationis ab ipſo prodeuntis colore percipiamus naturã, cognoſcere oportet.

2 Et hoc eſt ipſius natura.

3 Vnde non eſt viſibilis ſine lumine, ſed omnis cuiuſque color in lumine viſibilis.

4 Ex quo de lumine primo dicendum quid eſt.

At quia perſpicuum in luminis definitione ſumitur, de perſpicuo prius agẽdum eſt.

Tex. 68.
1 Eſt igitur aliquid perſpicuum: perſpicuum autẽ dico, quod eſt quidem viſibile, non autem ſecundum ſe viſibile,
a *Themiſtius, Auerroes.*
2 vt ſimpliciter dicam,
3 ſed propter externum colorem.

Quoniam 1 ergò dari perſpicuum notiſſimum eſt, a congrue, apteq; ipſum in tota ſubſtantia lumine perfuſum deſcribetur, ſi id eſſe dixerimus, quod viſibile quidẽ eſt, non ſecundum ſe, quẽadmodum ſuperficies, 2 vt vniuerſe dicam, & perſpicua omnia quatenus interminata, ac viſioni ſunt peruia complectar, 3 ſed propter externum, ac realem

Digitized by Google

lem in obiecto exiſtentem colorem, quẽ ob ſpecies ab ipſo promanantes imbibere, atque ad oculum tranſmittere aptum eſt. Dum enim realem obiecti colorem per ipſum illuminatum perſpicuũ ſenſibilibus productis ſpeciebus tranſparentem aſpicimus, ipſum quoq; perſpicuum neceſſario cognoſcimus, mediante quo propriam coloratum obiectum in ſenſorium actionem exercens viſiuæ repræſentatur potentiæ, atque ab eadem percipitur. 5 Sunt autem corpora perſpicua aer, & aqua, & ſolidorum corporum multa, vt vitrum, chriſtallum, orbes cæleſtes, & alia huiuſmodi. Hæc enim omnia, etſi æque perſpicua non ſint, ſed alia magis, alia minus, eadem tamen ratione perſpicuitatem habent, & quatenus perſpicua per ſe videri nequeunt, ſed propter alienos dũtaxat per ipſas ſpecies ad ſenſorium delatos colores. 6 Nec verò aer, vt aer, & aqua, vt aqua perſpicuitatem nacta ſunt, ſic enim ſolus aer, aut aqua perſpicua eſſent; 7 ſed omnia tum cœleſtia tum inferiora corpora, quatenus in communi quadam analogica facultate recipiendi lumen conueniunt, perſpicua eſſe arbitrandum eſt.

1 Lumen igitur, ſi ordinem, quo efficiendam reſpicit viſionem ſpectemus, actus, & perfectio eſt perſpicui exiſten-

5 Huiuſmodi autem eſt aer, & aqua & multa ſolidorum.

6 Non enim ſecundum quod aqua, neque ſecundum quod aer perſpicuum eſt, 7 ſed quoniam eſt natura eadem in his vtriſq;, & in perpetuo illo quod furſum eſt corpore.

Tex. 69.

1 Lumen autem eſt actus huius perſpicui, ſecundum quod eſt perſpicuum.

Digitized by Google

2 Potentia autem in quo hoc ineſt, & tenebræ.

3 Lumen autem vt color eſt perſpicui, cum eſt actu perſpicuum,

a S. Thomas.

4 ab igne, aut huiuſmodi quale, quod ſurſum corpus.

5 Etenim huic aliquid ineſt vnum, & idem.

6 Quid igitur perſpicuum, & quid lumen dictum eſt,

7 quod neque ignis eſt, neq; corpus, neque defluxus corporis vllius (eſſet enim vtiq; aliquod corpus, & ſic.)

8 ſed ignis, aut huiuſmodi alicuius præſentia in perſpicuo: neq; n. duo corpora in codé ſimul eſſe poſſibile eſt.

b Themiſtius. Simplicius.

tis in actu, quatenus perſpicuum eſt. 2 Hoc autem quod poteſtate perſpicuũ eſt, ac veluti materia lumen, vt actũ, ac perfectionem ſuſcipit, id eſſe videtur, quod æque ad lumen, ac tenebras potentiã habet. Manifeſte autem hæc luminis definitio declarari poteſt. 3 Nam lumen, vt color, ineſt in perſpicuo. a Quemadmodum enim in perſpicuo, ſi terminetur, atque aptum reflectere viſionem fiat, perſpicuitatis vicem inhærens gerit color, quo perſpicuum actu coloratum dicitur; ita in eodem perſpicuo, quatenus interminatum, ac viſioni peruium eſt, pro colore ineſt lumen, quo perſpicuum actu perſpicuum efficitur. At ſi quæras agens à quo lumen in perſpicuum inducatur, 4 id eſſe videtur ignis & aſtra, quæ in cœleſti corpore inſunt. 5 Hæc enim lucem quandam analogicè communem habent, qua lumen producere in perſpicuo apta ſunt. 6 Quid igitur ſit perſpicuum, & lumen dictum eſt. 7 Neque enim lumen eſt ignis, neque corpus, neq; vllius corporis defluxus (ſic enim aliquod eſſet corpus) niſi duo ſimul corpora eſſe, & lumen, & aerem dicamus, quod tamen abſurdum eſſe manifeſtum eſt, 8 ſed ignis b aut corporis lucidi præſentia in perſpicuo, ſeu actus, ac perfectio perſpicui à corporis lucidi præſentia dependens.

Proba-

Probari [1] hoc poteſt, [a] nam oppoſitorum oppoſitæ videntur rationes, at lumen tenebris opponitur, [2] tenebræ autem ſunt priuatio habitus, ac perfectionis, quæ à præſentia corporis lucidi in perſpicuo emanat, [3] ergò lumen exiſtens in perſpicuo habitus, ac perfectio erit, quæ propriũ eſſe à lucido præſente corpore inceſſanter habet. Non igitur fieri poteſt, vt lumen ſit corpus, quod nec formam, & habitum dici, nec ab alio in ſuo eſſe pendere poſſibile eſt. [4] Atque haud rectè exiſtimauit Empedocles, & ſiquis alius dixit lumen eſſe corpus, ac per aerem inter cælum, ac terram interiectum ferri, & in eo ſucceſſione quadam extendi, noſq; idipſum ob magnam celeritatem motus latere: haud inquam rectè exiſtimauit Empedocles, [5] quoniam hoc & rationis metas egreditur, & clarè ijs, quæ apparent, aduerſatur. [6] Etenim ſenſu iudicant homines, immenſum propè aeris ſpatium temporis momento permeare lumen, ac duce ratione putant, in paruo quidẽ ſpatio exigui fortaſſe corporis motum ob celeritatem latere, [7] ſed ab ortu Solis ad occaſum, tàm immenſo itinere, tàm vaſti corporis motum deprehendi non poſſe, difficillimum creditu eſſe arbitrantur.

Quæres quam ob cauſa m perſpicuũ

Tex 70.

1 Videtur autem lumen contrarium eſſe tenebris.

a *Simplicius Themiſtius Philoponus.*

2 Sunt autem tenebræ priuatio huiuſmodi habitus à perſpicuo.

3 Quare palam quod & huius præſentia lumen eſt.

4 Et non rectè Empedocles aut ſi quis alius ſic dixit, qđ feratur lumen, & extendatur inter terram, & continẽs, nos autem lateat.

5 Hoc enim eſt & præter eã quæ in ratione veritatem, & præter ea, quæ videntur.

6 In paruo enim ſpatio lateret nos,

7 ab Oriente autem in occidens latere magna quidem multum petitio eſt.

Digitized by Google

à colore pati, ac ſenſibiles coloris ſpecies ſuſcipere aptũ ſit? Reſpondeo hanc aſſignari poſſe cauſam, quia colore deſtitutum eſt.

Tex 71.

Manifeſte [1] quidem hoc patet, nam id corpus ab externo colore pati, eiuſq; ſpecies recipere, atque ad ſenſorium tranſmittere poteſt, quod priuationem coloris habet, aptitudinemq; ad ipsũ ſuſcipiendum per ſe abſque alicuius extranei admixtione, atque omnino id q̃d eſt alicuius ſuſceptiuum illo ex neceſſitate caret, [2] quemadmodum ſoni capax ſubiectum videtur, quod ſoni expers eſt. [3] At perſpicuum, ſeu id quod eſt actu per ſe inuiſibile, videri tamen aptum abſque alicuius extranei admixtione, ſi terminetur, [4] aut ſaltem viſibile vix eſt, ſuapte natura priuationẽ coloris habet, quo id corpus dumtaxat præditum eſt, quod terminatum, ac minimè viſioni peruium exiſtit. Perſpicuũ igitur quatenus perſpicuum eſt ab externo colore pati, eiuſque ſpecies recipere, atque ad ſenſorium tranſmittere poteſt. [5] Atq; vix quidem, ſeu per aliud viſibile perſpicuum eſſe, quatenus perſpicuum eſt, clarè tenebroſum docet perſpicuum, quod ſecundum ſe acceptum, ac nulli poſitiuo commixtum viſibili, ex eo, quod tenebris ſubijcitur, ab ipſo cognoſcitur viſu, ſeu potius ab intel-

1 Eſt autem coloris quidem ſuſceptiuum, quod ſine colore:

2 ſoni autem, quod ſine ſono.

3 Sine colore autem diaphanum; & inuiſibile,

4 aut quod vix videtur.

5 Quale videtur quod tenebroſum eſt.

intellectu, dum à nullo exteriori ſenſibili immutatur viſus, actumq; viſionis elicere conatur. Quamquam & ea ſit perſpicui natura, vt per ſe videri nequeat, recepto etiam lumine, ſed ratione immutationis dumtaxat ab externo prodeuntis colore. Nec verò conturbet aliquem perſpicuũ ratione luminis actu perſpicuum eſſe. [6] Nam perſpicuũ quatenus efficiendam reſpicit viſionem, ob ſuſceptum lumen actu eſt, quoniam vt ſic à viſibili pati obiecto, ac immutari poteſt, ablato autem lumine ſola poteſtate, ac materialiter acceptum perſpicuum eſt, atq; etiam exiſtit actu, ſi eius naturam abſolutè acceptam conſideremus, quatenus à lumine dumtaxat perfici, atque actuari poteſt. [7] Idem enim ſecundum ſe acceptum perſpicuum modo lumen recipit, modo priuationem luminis, ob quam eſſe tenebræ dicũtur.

6 Huiuſmodi autem perſpicuum quidem eſt, ſed non cùm eſt actu perſpicuũ, ſed cùm potentia.

7 Eadem enim natura quandoq; quidem tenebræ, quandoque autem lumen eſt.

At dicet quiſpiam, falſum id eſſe, quod ſupra aſſeruimus, obiectum viſibile colorem eſſe, ac ſine lumine videri nullo pacto poſſe. Nam plura ſunt, quæ abſque lumine videri queunt, vt noctilucæ, quorundam animalium oculi, & alia, quæ noctu lucent; falſum ergo eſt fieri non poſſe, vt abſque lumine perficiatur viſio.

Sed [1] plane huic obiectioni ſatisfactum erit, ſi dixerimus haudquaquam

Tex. 72.

1 Non omnia autem viſibilia in lumine ſũt, ſed ſolũ vnius cuiuſq; proprius color.

bs omnia

omnia externo diei exiſtente lumine videri, ſed proprium dumtaxat cuiuſque rei colorem. 2 Quædam enim ſunt, vt ignea, ac lucentia, quæ cum noctu ſolum videri apta ſint, vnico nomine appellari nequeunt, vt fungus, cornu, capita piſcium, ſquammæ, & quorundam animalium oculi, quorum inſita lux externa ſolis luce offuſa, & obſcurata in tenebris dumtaxat videri poteſt. 3 At proprius eorum color ab interna luce diſtinctus, quatenus ille ex opaco admixto, hæc ex prædominio ignis reſultat, etſi in tenebris non appareat, adeo remiſſo, ac debili ab hac luce prodeunte lumine, vt exiſtentes patefacere colores nequeat, externo tamen diei lumine vere immutato perſpicuo cernitur. 4 Propter quam vero cauſam hæc, quatenus lucent, videantur in tenebris, ad poſitam ſoluendam obiectionem determinare neceſſe non eſt.

2 Quædam enim in lumine quidem non videntur, in tenebris autem faciũt ſenſum, vt quæ ignea videntur, & lucentia, innominata autem ſunt hæc vno nomine, vt fungus, cornu, capita piſcium, & ſquammæ, & oculi.

3 Sed nullius horum videtur proprius color.

4 Propter quam autem cauſam hæc videntur, alia ratio

Quare 1 hoc tantum in præſentia maniſeſtum ſit, omne quod in lumine videtur, colorem eſſe, ac proinde colorem, abſq; lumine haud viſibilem eſſe. 2 Hęc .n. eſt coloris eſſentia, vt perſpicui exiſtẽtis in actu motiuus ſit. 3 Actus vero perſpicui lumen eſt: ex quo fit lumen, propterea quod in definitione coloris, quatenus viſũ reſpicit, aſſumitur

Tex. 73.

1 Nunc autem in tantum maniſeſtum eſt, quod id quidẽ, qđ in lumine videtur color eſt: vnde non videtur ſine lumine.

2 Hoc enim erat ipſi colori eſſe, motiuum eſſe ſecundũ actum perſpicui.

3 Actus autem perſpicui lumen eſt;

ad

ad coloris viſionem efficiendam ex neceſſitate requiri. 4 At colores per ſolum medium a perſpicuum illuminatum viſibiles eſſe manifeſtum eſt. 5 Nam ſi quis id, quod colore præditum eſt, ſupra organum viſus immediate ponat, nulla certe fiet viſio, medium ergo perſpicuum illuminatum intercedere oportet, 6 ita vt color prius agat in medium perſpicuum, ſenſibilẽ in eo imprimendo ſpeciem, 7 atque ipſum poſtea medium oculo proximum viſus ſenſorium moueat, ac viſiuam determinet facultatem per ſenſibilis impreſſionem ſpeciei ad actum viſionis eliciendum. Quapropter viſus potentia paſſiua eſt, quæ medio perſpicuo illuminato ab ipſo colore patitur, atque immutatur.

Ex his 1 patet haud recte a opinatum eſſe Democritum aſſerentem medio exiſtente vacuo diſtinctè omnia, exquiſiteq; videri, atq; formicam etiam in cęlo poſitam exacte; ac perfecte cerni poſſe, propterea; quod medium plenum radiorum ab oculo emiſſionem qua fieri viſionem putabat, impedire, ac retardare aptum eſſet. 2 Etenim idipſum accidere impoſſibile eſt. 3 Viſio namque fit patiente aliquid ſenſorio, 4 at fieri non poteſt, vt immediate ſenſorium ab ipſo reali; ac materiali patiatur colore, experimur enim ſenſibili ſu-

pra

4 Signum autem huius manifeſtum.

a Themiſtius Simplicius.

5 Si quis enim ponat id, quod habet colorem, ſuper ipſum viſum non videbit.

6 Sed color quidem mouet perſpicuum, puta aerem;

7 ab hoc autem cōtinuo exiſtente mouetur ſenſorium.

Tex. 74.

1 Non enim benè hoc dicit Democritus opinatus ſi fieret vacuum quod mediũ eſt, perſpici vtique exquiſitè, etiam ſi formica in cælo eſſet.

2 Hoc enim impoſſibile eſt.

3 Patiente enim aliquid ſenſitiuo fit ipſum videre.

4 Ab ipſo igitur qui videtur colore impoſſibile eſt.

Digitized by Google

5 Relinquitur igitur quod à medio.

6 Quare neceſſe eſt aliquid eſſe medium.

7 Vacuo autem facto nedum exquiſitè, ſed omnino nihil videbitur.

8 Propter quam igitur cauſã colorem neceſſe eſt in lumine videri, dictum eſt.

9 Ignis autem in vtriſq; videtur, & in tenebris, & in lumine, & hoc ex neceſſitate,

10 Perſpicuum enim ab hoc perſpicuum fit.

pra ſenſũ poſito haud fieri ſenſationẽ. 5 Quare ipſum dumtaxat medium eſt, à quo ſenſorium ſpecies ab ipſo colore productas patitur. 6 Quoniã ergò medium ex neceſſitate eſſe oſtendimus, clarum eſt 7 exiſtente vacuo, non modo exquiſitam, ſed ne vllam quidem fieri viſionem poſſe. 8 Quam igitur ob cauſam neceſſe ſit colorem in lumine videri ex dictis manifeſtum eſt. Licet vero dictum iam ſit, quædam in externo dũtaxat dici lumine videri, quædam autem in ſolis tenebris cerni, 9 exiſtimare tamen oportet quædam viſibilia eſſe, quæ tum in externe diei lumine, tum etiam in tenebris aſpicimus, quemadmodum ignis, carbo, & flamma. 10 Hæc enim propter inſitam lucem per ſe illuminare perſpicuum, atque viſiuam mouere potentiam ab externo haudquaquam lumine offuſa poſſunt, etſi per per accidẽs exiſtente Sole ob ipſius cernuntur lumen.

Tex. 75.

1 Eadem autem ratio eſt & de ſono, & odore.

2 Nihil enim ipſorum tangẽs ſenſorium facit ſenſum.

3 Sed ab odore quidem, & ſono medium mouetur, ab hoc autem ſenſorium vtrũque.

At 1 non ſolum viſus medium requirit à quo actionem ab obiecto viſibili prodeuntem patiatur, ſed etiam auditus, & olfactus ob exiſtens medium à ſono, & odore immutantur. 2 Eadem etenim ratione conſideranti patet nihil eorum ſenſorium tangens ſenſationem facere, 3 ſed ab odore quidem, ac ſono immutari medium, ſenſibili in eo

im-

impreſſa ſpecie, ab hoc autem ſenſus vtriuſq; ſenſorium pati ſenſibilem trãſmiſſam ſpeciem ſuſcipiens. 4 Si quis enim ſupra ſenſoriun, vel id quod ſonat, vel id quod olet poſuerit, nulla profectò continget ſenſatio, a quoniam ex hoc ſenſum à ſenſibili quatenus ſenſibile eſt, læſionem pati accidet, fortiſſima exiſtente actione, quam ſuapte natura ſenſibile naturalium agentium more in partes ſibi propinquas agit. Quod tamen aſſerere non licet, cum à ſenſibili, quatenus ſenſibile eſt, mirũ in modum recreetur, ac perficiatur ſenſus. 5 Quare idem quoque de tactu, ac guſtu dicẽdum videtur, etſi maxime lateat. 6 Propter quam vero cauſã id cõtingat, poſterius determinandum eſt.

4 Cũm autẽ ſuper ipſum ſenſorium aliquis appoſuerit olens aut ſonans, nullum ſenſum faciet.

a *Simplicius. com. 129.*

5 De tactu autem, & guſtu ſe ſe quidem ſimiliter habet, non autem videtur.

6 Propter quam autem cauſam poſterius erit manifeſtũ.

Sed experientia quoque auditum, & olfactum indigere medio ad proprias efficiendas ſenſationes comprobatur. Nam 1 medium quidem, quod à ſonis patitur, aer eſt, id vero quod ab odoribus immutatur proprio caret nomine; commune quid aquæ, & aeri exiſtens. 2 Quæmadmodum enim hæc duo elementa cõmunem hanc conditionem habent vt quatenus perſpicua ſunt ſpecies colorum ad ſenſoriũ viſus deferãt, ſic etiam quatenus innominata quadã, & communi affectione prædita ſunt, ad ſenſorium olfactus odorum ſpecies

Tex. 76.

1 Medium autem ſono quidẽ aer eſt, adori autem innominatum eſt.

2 Communis enim quædam paſſio in aere & aqua, vt per ſpicuum colori, ſic eſt habẽti odorem, quod in vtriſque his ineſt.

Digitized by Google

3 Videntur enim & animaliũ aquatica habere odoris ſenſum.

4 Sed homo, & pedibus ambulantium quæcunque reſpirant, non poſſunt odorare, non reſpirantia.

5 Cauſa autem & de his poſterius dicetur.

tranſmittunt. 3 Animalia enim, quę verſantur in aquis, odoris quoque ſenſum habent. 4 Atque licet homo, cæteraque animantia, quæ in terra degunt, ac reſpirant, abſq; reſpiratione olfacere nequeãt, ea tamen quę verſantur in aquis, proptereà quod minimè reſpirãt, abſq; reſpiratione olfacere poſſunt. 5 Cauſa autem de his poſterius manifeſta erit.

Iam de viſu in ordine ad propriã operationem, quam per medium ab obiecto viſibili patitur, diximus.

Tex. 77

1 Nunc autẽ primũ de ſono, & auditu determinemus.

2 Eſt autẽ duplex ſonus: alius enim actus quidam eſt,

3 alius autem potentia.

4 Quædam enim non habere ſonum dicimus, vt ſpongiã, lanam:

5 quædam autem habere, vt æs, & quæcumque ſolida, & læuia ſunt,

6 quoniam poſſunt ſonare, hoc autem eſt, inter ipſum, & auditum facere ſonũ actu.

Tex. 78.

1 Fit autem ſecundum actum ſonus ſemper alicuius ad aliquid, & in aliquo.

Nunc 1 de ſono, & auditu, quoniã per magis notum, ac manifeſtum, quàm reliqui ſenſus, ac ſenſibilia operantur medium, priori loco agendum eſt. 2 Duplex autem ſonus videtur, alius quidem actu, qui à corporibus ſonantibus editus iam eſt, ac ſenſum, ſi adſit, immutat: 3 alius verò potentia, qui ab iiſdem corporibus ſeſe percutiẽtibus edi poteſt. 4 Nam corpora quædam ſunt, quæ neque actu, neq; potentia obtinent ſonum, vt ſpongia, & lana, & quæcunque corpora abſque vlla reſiſtentia cedunt: 5 quædam verò, quæ potentia continent ſonum, vt æs, & quæcunq; ſolida, ac læuia ſunt, 6 quoniam ſonare poſſunt; hoc eſt, ſonum, & in medio, & in ſenſorio auditus actu efficere.

Tria 1 verò ad ſonum actu efficiendũ concurrunt, percutiens, percuſſum, & medium,

Digitized by Google

medium, quod veluti ſubiectum ſuſcipiat ſonum ex ictu corporum editum. Manifeſtum hoc eſt. [2] Nam ex corporũ ictu exiſtit ſonus, [3] vnum ergò cum ſit, ſonum fieri impoſſibile eſt. Conſequentia patet, [4] quoniam aliquo exiſtente ictu & percutiens, & percuſſum exiſtere oportet, [5] ſic igitur, & in ſono, quod ex ictu corporum fit, & percutiens, & percuſſum reperiri neceſſe eſt. Nec verò ad ſonum edendum hæc tantùm ſufficiunt, ſed ipſum quoque medium neceſſariò adeſt. [6] Nam corporum ictus [a] haudquaquam fit, niſi aliud latione motum ſuſcipiens ictum intercedat, & hoc medium eſſe videtur, ſonus ergò medio exiſtente fit, in quo tanquã in ſubiecto ineſt. Quare tria ad ſonum actu efficiendum concurrunt, & percutiens vt agens, & percuſſum vt patiens, & medium vt ſubiectum, in quo ſuſcipi, ac deferri ſonũ oportet. Nec verò conturbet aliquem ſola in aere agere agitata corrigia. Nam denſatus aer, nè diſtrahatur, percuſſi officium ſubit, eiq; proxima aeris pars medij locum obtinet. Atq; vt horum inueſtigemus naturam, quę ad ſonum efficiendum concurrunt. [7] Sciendum eſt quemadmodũ diximus, non ex quorumlibet corporum ictu ſonum exiſtere. [8] Nam ſe ſe percutientes lanæ, quoniam facillime cedunt, ac mi-

2 Percuſſio.n. eſt quæ facit.
3 Vnde & impoſſibile eſt, cũ ſit vnum, fieri ſonum.

4 Aliud enim eſt quod verberat, & quod verberatur.
5 Quare ſonans ad aliquid ſonat.

6 Ictus autem non fit ſine latione.
a *Simpliciter.*

7 Sicut autem diximus, non quorumlibet ictus ſonus eſt.
8 Nullum enim ſonũ faciunt lanæ, etſi percutiantur.

Digitized by Google

nimè interceptum excutiunt aerem in minutiſſimas confractum partes, perq; meatus, ac poros egredientem, nullũ propè ſonum edunt. 9 Aes autem, atq; læuia quæq; corpora, & concaua ad ſonum efficiendum eſſe apta videntur. 10 Etenim aes, quoniam læue eſt, vniuerſum, ac minimè fractum aerem aceruatim extrudens perſonat. 11 Concaua autem corpora ex eo, quod incluſus, & agitatus aer facile exire nequit; variasq; proinde corporis partes ſæpè reflectens concutit, varios edunt ſonos; quemadmodum in cymbalis, ſimilibuſque inſtrumentis accidit, cum ictu chordarum per media foramina in ipſam inſtrumenti cauitatem extruditur aer.

Sciendum [1] præterea eſt aerem, & aquam [a] ad ſonos tranſuehendos, atq; ad ſenſorium auditus deferendos apta eſſe; quandoquidē hæc corpora eo cieri motu poſſunt, qui ſimilis aeris motui ſit ex corporum ictu compreſſi, ac proinde ſpecies ab ipſo prodeuntes ſono excipere, atque deferre queunt. Exiſtimandum enim eſt certum quendam motum ex detruſione aeris ob colliſionem corporum in medium impreſſum neceſſariam diſpoſitionem eſſe ad ſoni ſpecies deferendas, quemadmodum lumen ex parte medij requiritur ad ſpecies coloris ſuſcipiendas. 2 Ex quo patet

9 Sed æs, & quæcunq; læuia, & concaua ſunt.

10 Aes quidem quoniam læue eſt.

11 Concaua autem reflexione faciunt multos ictus poſt primum non potente exire quod motum eſt.

Tex. 79.

1 Amplius auditur & in aere, & in aqua,

a *Simplicius Philoponus Auerroes.*

2 ſed minus.

tet aquam ob craſſitiem ineptam ad talem motum perfectè conſequendum, obſcurè ſolum, ac diminute geniti iam ſoni ſpecies deferre poſſe. Verumtamē realis ſonus ex ſolidorum corporū ictu genitus, in ipſo dumtaxat aere ſuſcipitur, quoniam is ſuapte natura diſſlabilis ſolidis colliſis corporibus cedere, ac minimè fractus eorum ictum admittere poteſt. Aqua verò ob propriam craſſitiē difficile, ægreq; mobilis prius diffluit, quam ſolidorum corporum ictus fiat, ac proinde nullum edit ſonum, quemadmodum experiri quilibet poteſt, ſi exiſtens in mari palmas intra aquam percutiat: cum tamen neceſſe ſit editū in aere ſonum deferri per aquam poſſe, vt exiſtentes in mari excitet piſces, exiguo ad ſpecierum ſoni delationem in medio requiſito motu, quo à præcedentibus aeris partibus motis aqua cieri apta eſt.

3 Nec verò putet quiſpiam ſolum aerē, aut aquam effectrices ſoni cauſas eſſe. 4 Nam ex ſolidorum corporum ictu efficitur ſonus, qui in intercepto, compreſſoq; aere veluti in proprio ſubiecto gignitur, ac ſuſcipitur. 5 Tum verò aer *b* ex ictu ſolidorum corporum ſoni ſuſceptiuus eſt, cum percuſſus, ac motus ictum ſuſtinet, ac minime diſtractus elabitur, ſed vniuerſus à corporibus ſeſe percutiētibus aceruatim comprimitur, ac

3 Non eſt autem ſoni dominus aer, neque aqua,

4 ſed oportet ſolidorum percuſſionem fieri ad inuicem, & ad aerem.

5 Hoc autem fit, cùm permanet percuſſus aer, & non diſſipatur.

b Themiſtius Auerroes.

6 Vndè ſi velociter, & fortiter percutiatur, ſonat.

7 Oportet autem vt motus ferientis ant cipet fractũ aeris,

8 ſicut ſi aceruum aut cumulum arenæ percutiat aliquis latum velociter.

Tex. 30.

1 Echo autem fit, quando ab aere, vno facto propter vas, quod terminauit, & prohibuit frangi, iterum aer repellitur, quemadmodũ ſphæra.

ac exilit. 6 Vnde fit aerem celeriter, ac vehementer percuti oportere, vt ſonũ edat, 7 ſic enim corporum ictus aeris fractionem præuenit, & non prius elabitur, ac diſſipatur aer, quam ſolidorũ corporum ictus fiat. 8 Hoc manifeſtè contingit, cum quis aceruum, aut cumulum arenæ percutit. Si enim baculus, quo plaga infligitur, celeriter delatus percutiat, ita vt cumuli diſſolutionem anticipet, ſonum edit, ſi verò tardè feratur, ac prius diſſoluatur cumulus, quàm ictus fiat, haudquaquàm perſonare videtur. Atq; hinc accidit, cùm aliquid celeri per aerem cietur motu, aliquem ſonum edere, propterea quod vnitus, ac minimè fractus percutitur aer, atque non ſolum medij, ſed etiam percuſſi vicem gerit.

Quæres quomodo reflexus, ac geminatus fiat ſonus, quem Echo appellant.

Reſpondeo 1 tum Echo, ſeu geminatum fieri ſonum, cum ab aere in concauo aliquo loco incluſo, exiſtente vno, maximeq; denſato ob cauitatem loci, à quo ambitur, ac prohibetur diffundi, motus aer, ob ſolidorũ corporum ictũ, ac editi iam ſoni ſpecies deferens, perinde, ac pila ad parietem alliſa repellitur, atque ad ſenſorium auditus redit. Sic enim ſpecies à priori emanans ſono, atque in moto aere ſuſcepta, cum vlterius

rius progredi nequeat, ob aerem loci cauitatibus adiacentem reflectitur, & ad ſenſorium recurrens eundem ex ictu corporum editum, ac perceptum ſonū in eodem repræſentat loco, in quo facta reflexio fuit; quemadmodum etiam alicuius viſibilis obiecti ſpecies, ad aliquod ſpeculū alliſæ, ac repercuſſæ proprium in ſpeculo repreſentant obiectū. Arbitrandum enim eſt percuſſo aere ob colliſionem corporum, ac reddente ſonum, ab eo expulſo contiguum aerem ſucceſſiuè in circulum ratione partium moueri, quemadmodum in aqua lapillo iniecto contingere videmus, itàque ſpeciem à ſono prodeuntem deferre, cuius poſtremæ partes motæ obſtaculū inuenientes retrocedunt, ac poſteriores proximas mouent partes, in quibus ſoni ſpecies reflexa ad ſenſorium delata peruenit. [2] Neceſſe autem eſt reflexos quidē, ac reciprocos ſemper ſonos fieri, etſi lateant, obque exilitatem ſenſum effugiant. [3] Perinde enim in ſono, ac in lumine accidere oportet. [4] Nam ſemper lumen repercutitur, & ſi non repercuteretur, in eo dumtaxat loco eſſet lumen, ad quem radij Solares in rectum proiecti pertingerent, alibi verò tenebræ omnino eſſent. Aliqua ergò ſemper luminis reflexio fit, manifeſta quidem, ſi in corpus terſum, ac politū inci-

2 Videtur autem ſemper fieri Echo, ſed non clara.

3 Quia accidit in ſono, ſicut & in lumine.

4 Etenim lumen ſemper repercutitur: non enim fieret vbique lumen, ſed tenebræ extra locum Sole illuſtratū.

Digitized by Google

3 Sed non ſic repercutitur, vt ab aqua, aut aere, aut etiam aliquo alio læuium, vt vmbram faciat, qua determinamus lumen.

incidant radij, obſcura autem, ſi diuerſum quid aliud attingāt corpus. 5 Quare non ſic ſemper lumen repercutitur, vt ab aqua, aut aere, aut leuibus corporibus, in quibus reflexum lumen, ſi aliquod obijciatur corpus, vmbram facit, qua proiectum definitur lumen, ſed aliquãdo ab alijs corporibus adeo tenuis, ac debilis reflexio fit, vt propè nullam efficiens vmbram appareat. Eodem igitur modo aliqua ſemper ſoni reflexio contingit, quæ tamen clara, ac manifeſta non eſt, niſi cum à concauis, ac læuibus corporibus fit. Hæc enim corpora progredientem aerem æquabili, certoq; latum motu, eadem vnitate ſeruata incolumen, eodemq; affectum motu retrocedere, ac redire faciunt.

Tex. 81.

1 Vacuum autem rectè dicitur audiendi dominus.

2 Videtur enim eſſe vacuum aer.

3 Hic autem eſt faciens audire, cùm mouetur continuus, & vnus.

2 Ex his, [1] quæ diximus de medio, in quo efficitur, ac tranſuehitur ſonus ad ſenſorium auditus, manifeſtum eſt iure antiquos Philoſophos vacuum eſſe medium ſuſceptiuũ ſoni aſſirmaſſe, [2] quoniam aerẽ eſſe vacuum putabant. 3 Hic autem aer tum ſonum ſuſcipere, eiuſq; ſpecies pati, atq; ſenſum mouere aptus eſt, cum vnus, & continuus exiſtens ob ſolidorum corporum ictum, ratione partium vſq; ad ſenſorium in circulum mouetur. Etſi enim partes aeris, quarum vnaquæque ſibi contiguam mouet partem, quoquomodo ſint diſtinctæ, ob rationem

Digitized by Google

tionem mouentis, ac moti, quia tamen reuera haudquaquam diſtractæ ſunt, & minimè interrupto cientur motu, prodeuntem ſpeciem à ſono quem aer inter colliſa corpora interceptus obtinet, ſuſcipere, atque ad ſenſorium deferre queunt. 4 Quoniam verò fragilis, maximeque diſſipabilis aer videtur, realem perfecte ſonum ſuſcipere nequit, niſi colliſa corpora lęuia ſint, expolita, ac planam ſuperficiem habentia. 5 Sic enim maximè vno exiſtente plano, in quo accidit percuſſio, vnus, & continuus, ſeu minimè diſtractus aceruatim comprimetur, atque excutietur aer.

4 Sed propterea quod fragilis eſt, non ſonat, niſi læue ſit quod percutitur.

5 Tunc autem vnus fit ſimul propter planum, vnum enim eſt læuis planum.

Quare id corpus ſonum, quatenus auditum reſpicit, efficere aptum erit, quod vnum, & continuum aerem, vſq; ad aurem in qua ſenſorium auditus reſidet mouere poteſt: a non quia pars aeris inter colliſa corpora interiecta, ac realem ſuſcipiens ſonum, eadem numero ad aurem mota perueniat, ſed quia totus aer inter corpora ſonantia, & aurem intercedens vnus, ac minimè fractus exiſtens ob detruſionem aeris ex ſolidorum corporum ictu, realem edētis ſonum, per varios circulos cōtinuo, ſeu minimè interrupto cietur motu, itaque ſpeciem ab edito promanantem ſono ad aurem defert. Nec vero arbitrandum eſt aerem externum motum ipſum

Tex. 82.

1 Sonatiuum igitur eſt, quod motiuum eſt vnius aeris continuitate vſque ad auditum.

a *Auerroes Simplicius.*

auditus ſenſorium immediatè mouere, [1] quoniam & inſitus quidam aer[b] audiendi facultati connaturalis in ipſo aure ineſt, [3] qui externo aeri continuus exiſtens ab eo delatas ſoni ſpecies recipit, atque ad ſenſorium tranſmittit, [c] quem molita natura eſt, vt, & purus magis, ac tenuis exiſtẽs clariores ſonorum ſpecies deferret, & ſenſorium ab externi aeris motibus lædi, ac pati prohiberet. [4] Vnde animal quacumq; parte corporis minimè audit, [5] neque externus aer ſonorum ſpecies deferẽs ad quamcũque partem corporis penetrat: [6] quãdoquidem animal, quod per aliquam certam, ac determinatã partem moueri oportet, haudquaquam aerem cõnatum per omnia diffuſum membra continet, ſed in aure dumtaxat, perinde ac humorem criſtallinum dictum, quem in oculo tantummodo habet. [d] Quare vt viſio per humorem medium in oculo, ſic in aure per connatũ aerem perficitur auditio.

Quemadmodum [1] ergo externus aer ſoni expers eſt, [a] eò quod facilè diſſipari, ac frangi aptus ſit, [2] cum autem fuerit ob celerem ſolidorum corporum ictum prohibitus diffundi, tum certò agitatus motu, qualitatem ſoni recipit: [3] ſic aer connatus, atq; in auribus com plãtatus ob anfractuoſos, ac tortuoſos aurium

2 Auditus autem connaturalis eſt aeri.

b Themiſtius Philoponus.

3 Propterea autem quod in aere eſt moto exteriori, qui intra eſt, mouetur.

c Philoponus Themiſtius.

4 Vnde non vndique audit animal,

5 neque quocunque tranſit aer.

6 Non enim vbique habet aerem, quod moueri debet ſecundum partem, animatumque eſt,

7 ſicut pupilla humidum.

d Auerroes Themiſtius.

Tex. 83.

1 Per ſe igitur inſonus eſt aer, propterea quòd facilè diſſipabilis.

a Themiſtius.

2 Cùm verò prohibetur diſſipari, huius motus ſonus eſt.

3 Hic autem in auribus inædificatus eſt, ad hoc vt immobilis ſit,

aurium meatus ſuapte natura immobilis, & quieſcens videtur, quatenus nec diffunditur, nec alius, atque alius perpetuo ſubit, ſed nexu indiſſolubili ſenſorio abhæret. 4 Ex quo aptus ad omnium ſonorum differentias clarè, ac diſtinctè ſuſcipiendas, atque tranſuehendas redditur. 5 Quoniam igitur connatum hunc aerem, quaſi vallum quoddã ſenſorij, in quo auditiua ineſt facultas, obtinemus, editos in aere ſonos, cum in aquis degimus, percipere valemus: 6 quandoquidem nec ad ipſum connatum exiſtentem aqua penetrat aerem, nec aurem ob anfractus, obliquaſque vias ingreditur. 7 Quod ſi is aquæ impetus ſit, vt aures ingrediatur, interno ab aqua aere corrupto, haudquaquam auditur ſonus, alterato, ac deprauato ſenſu ob contrarias in aqua exiſtentes qualitates. 8 Atque idem accidet læſa membrana, quæ connatum tegit aerem, 9 quemadmodum & viſio deficit, ſi laboret pellicula, quæ pupillam tegit.

1 Quod vero aliquis recto, ac bene diſpoſito vtatur ſenſu auditus, ex eò clare cognoſcitur, a quod aure digito, aut manu obturata quendam in aure bombum ſentit, externo ob manus, ac digiti appoſitionem extruſo aere, atque in anguſtum redacto ſonum edente:

4 quatenus certè ſentiat omnes differentias motus.

5 Propter hæc autem & in aqua audimus,

6 quoniã non ingreditur ad ipſum connaturalem aerem, ſed neque in aurem propter anfractus.

7 Cùm autem hoc accidit, nõ audit,

8 neque ſi membrana laboret,

9 ſicut cùm, quæ ſuper pupillam eſt, pellis laborat.

Tex 84.

1 Sed & ſignum audiendi, aut non, eſt ſonare aurem ſemper,

a *Philoponus.*

2 ſicut cornu.

3 Semper enim quodam proprio motu mouetur aer, qui in auribus.

4 Sed ſonus extraneus, & nō proprius eſt.

5 Et propter hoc dicunt audire vacuo, & ſonante,

6 quia audimus habente determinatum aerem.

Tex. 85.

1 Vtrum autē ſonat id quod verberat, an quod verberatur?

2 An vtrumque, modo autem altero?

edente; 2 quemadmodum & in concauis accidit cornibus, cum interclusus aer ab exteriori mouetur, & ipſum agitatus ferit cornu. 3 Semper enim quodam proprio cietur motu aer, qui in auribus ineſt, quatenus ad ſenſorium proximum incurrentes defert ſonos, quos ipſa audiendi facultas in ſenſorio poſita repente cognoſcit. Secus verò accidit cum ſenſus deprauatus eſt, inſitus enim aer ob extraneos humores craſſior, ac denſior factus ad tranſuehendos ſonos ineptus redditur. Nec verò putet quiſpiam cum obturata aure percipimus ſonum, in interno exiſtente aere ſonum edi. 4 Nam quilibet ſonus, quem agnoſcere apti ſumus ab exteriori dumtaxat gignitur aere, & congenito haudquaquam aeri proprius eſt, cum eius officium ſit, exterius editum ſonum ſuſcipere, atq; ad ſenſorium deferre. Quapropter manifeſtum eſt, præter ſenſorium auditus quendam inſitum aerem in auribus eſſe, quo vt medio vtitur natura ad tranſuehendos ſonos. 5. Hinc autem veteres, & vacuo, & ſonante nos audire non iniuria dixerūt, 6 quoniam & per externum aerem, & per inſitum quoq; perficitur auditio.

Quæres 1 vtrum cauſa generatiua ſoni ſit percutiens, an id quod percutitur? 2 Reſpondeo vtrumq; eſſe cauſam gene-

generatiuam ſoni, ſed alio, & alio modo. Percutiens enim vt agens, percuſſum vero vt patiens medium repellendo aerem ſonum efficiunt. 3 Nam ſonus quædam eſſe videtur qualitas aeris conſequens motum, cum inter colliſa corpora interceptus, ac detruſus eo cietur motu, quo ad læuia corpora iactæ pilę, atque ab ijs reſilientes feruntur. Quare & motus aeris, & reſultantis ſoni cauſa percutiens erit, quatenus interiectũ mouet, ac pellit aerem, percuſſum verò, quatenus aerem collectum, ſimulq; vnitum retinens mouentis, ac pellentis corporis ictum patitur. Sic enim ex horum corporum ictu compreſſus reſiliẽs aer ſonum edit. 4 Ex his patet, quemadmodum diximus, haudquaquam omne quod percutit, ac percutitur in medio compreſſo aere ſonum efficere, vt ſi acus feriat acum. 5 Sed id, quod percutitur planum, ac ſenſibili præditum magnitudine eſſe oportet, vt ſenſibilis aliqua aeris in eo exiſtens quantitas vniuerſa ſimul excuſſa reſiliat, ac proinde ſonum ad facultatem auditiuam excitãdam aptum reddere queat.

Quæres quomodo corporum ſonantium differentiæ dignoſci queant?

Reſpondeo [1] corporum ſonantium differentias ex ſono actu exiſtente [a] nobis innoteſcere, quemadmodũ ex proprio

3 Eſt enim ſonus motus eius, quod poteſt moueri hoc modo, quo reſultãtia à læuibus, cùm aliquis percuſſerit.

4 Non igitur, ſicut dictũ eſt, omne ſonat, quod verberatur, & quod verberat, vt ſi acus feriat acum.

5 Sed oportet quod percutitur regulare eſſe, vt aer vniuerſus reſiliat, & concutiatur.

Tex. 86.

1 Differentiæ autem ſonantium in ſono ſecundum actũ oſtenduntur.

a Simplicius S. Thomas.

2 Sicut enim nō videntur colores ſine lumine, ſic neque ſine ſono acutum, & graue.

3 Hæc autem dicuntur ſecūdum traslationem à tangibilibus.

4 Acutum enim mouet ſenſum in pauco tempore multum,

5 graue autem in multo parum.

6 Non igitur velox eſt acutū, graue autem tardum,

7 ſed fit illius quidem propter velocitatem motus huiuſmodi,

8 huius autem propter tarditatem.

9 Et videntur ſimilitudinem habere cum eo, quod circà tactum, acuto, & contuſo.

10 Acutum enim quaſi pungit,

11 obtuſum vero quaſi pellit.

prio actu potentiæ, ac rerum eſſentiæ cognoſcuntur. [2] Vt enim viſus abſque lumine colores non percipit, ita nec auditus abſq; ſono in actu corpora ſonantia, quatenus grauem, & acutum edere ſonum apta ſunt cognoſcit. [3] Tranſlatiue autem ſonus grauis, & acutus dicitur, proprijs à tactilibus qualitatibus deſumptis nominibus. [4] Nam quemadmodum in tactu acutum dicitur, quod vehemēter ſenſum exiguo tempore mouet, vt enſis acutus corpora facillime ſcindens; [5] graue autem quod parum tempore diuturno mouet, vt enſis obtuſus difficile ſcindens corpora, ſed trudens; ita in ſono contingit, vt ille acutus dicatur, qui vehementer exiguo tēpore, ille verò grauis, qui parum tempore diuturno ſenſum mouet. [6] Ex his patet haud rectè quoſdā ſenſiſſe, quod velox acutum, quod verò tardum grauè eſſe opinantes; [7] quandoquidem is acutus dicitur ſonus, qui celeriter ſenſum mouet, [8] grauis autem, qui tarde, ac ſegniter eundem immutat. [9] Perſpicuum autem eſt tactilium, ac ſonantiū corporum differentias inter ſe admodū ſimiles eſſe. [10] Nam id acute ſonans dicitur, quod perinde, ac enſis pungit quodammodo ſenſorium, ac intimè penetrat, [11] grauiter autem cenſetur ſonans, quod pellens, ac præmens ſen-

ſum mouet; [12] quoniam illud quidem exiguo tempore, hoc autem diuturno ſenſitiuam ciet facultatem. [13] Vnde illi celeriter mouere, huic vero tarde accidit. [14] Atque hæc de ſono quatenus ſenſorium auditus reſpicit in vniuerſum dicta ſint.

Iam de voce, quæ ſpecies quædam ſoni videtur, agendum eſt.

Notandum [1] ergo eſt vocem quendã eſſe corporis viuentis, ac ſentientis ſonum, [2] quandoquidem nullum reperitur corpus ſenſitiua deſtitutum anima, quod vocem edere queat, [3] niſi id quadam ſimilitudine tibia, & lyra, & huiuſmodi inſtrumenta extenſum, ac modulatum in varias quaſi dearticulatum partes ſonum edentia præſtent. [4] Etenim quia vox numerum quendam, & extenſionem habet pro libito ab anima protracta, atq; ex pluribus, diuerſisq; ictibus edita, modo grauis, modo acuta exiſtens, apta modulatione, ac flexu harmoniam efficit, in varias autem dearticulata partes, vt dictiones, ac ſyllabas internos exprimens conceptus alloquitur: eadem ratione quorumdam inſtrumentorum ſoni, quoniam extenſione quadam, ac numero prediti ſunt, & grauis, atque acuti diuerſitatem habentes aliquem modulati proferunt concentũ, obque varios ictus dictiones, ac ſyllabas

12 propterea quod mouet illud quidem in pauco, hoc autem in multo.

13 Quare accidit illud quidẽ eſſe velox, hoc autem tardum.

14 De ſono igitur ſic determinatum ſit

Tex 87.

1 Vox autem ſonus quidam eſt animati.

2 Inanimatorum autem nullum vocem edit.

3 Sed ſecundum ſimilitudinẽ dicuntur vocem edere, vt tibia, & lyra, & quæcunque alia inanimatorum extenſionem habent, & melos, & loquutionem.

4 Videntur enim quia & vox hæc habet.

bas exprimere conantes ipſam imitantur loquutionem, & voci aſſimilari, & alloqui quodammodo videntur. 5 Notandum ſecundo eſt complura eſſe animalia, quæ vocem haudquaquam eliciunt, quemadmodum ea, quæ ſanguine carent, & eorum, quæ habent ſanguinem, piſces. 6 Atq; hoc rationi cõſentaneum videtur. 7 Nam ſonus, quem animæ imperio editum appellant vocẽ, aeris motus eſt, cuius attractione, atq; emiſſione reſpirare animalia dicuntur: at quæ dicta ſunt animalia reſpiratione carent, cum aut ſanguine deſtituta nõ egeant refrigeratione, aut in aquis degentia aerem non habeant, quem reſpirent, ergò vocem edere nequeunt. Nec verò quiſpiam obijciat piſces in Acheloo verſantes flumine quẽdam grunnitum edentes, aut querulas cicadas æſtiuo tempore obſtrepentes, aut volantes, auribuſq; inſuſurrantes muſcas. 8 Nam piſces in Acheloo, quos vocem emittere putant homines, aut horridas atterentes perſonant branchias, aut in ijs, quæ circa ventrem ſunt incluſum agitãtes aerem ſonum edunt. Cicadæ verò exiſtentem ſub pectore mẽbranam verberantes alis interceptum exprimunt aerem, & ſonum efficiũt. Muſcæ autem cum volatu ſeſe attollunt, & contrahũt ſuſceptum percutientes aerem excitant mur-

5 Multa autem animaliũ vocem non habent, vt & quæ ſunt ſine ſanguine, & ſanguinem habentium piſces.

6 Et hoc rationabiliter, 7 ſiquidem ſonus aeris motus eſt.

8 Sed qui dicuntur vocẽ edere, vt qui in Acheloo ſunt piſces, ſonant branchijs, aut quodam alio huiuſmodi.

murmur, ſiquidem ſtantes haud bombum emittunt.

Notandum tertio eſt [1] vocem, quam animalis ſonum eſſe diximus, [a] non in qualibet animalis parte, ſed in certa, ac determinata ab anima fieri. [2] Id autem, vt hanc inueſtigemus partẽ, ſcire oportet, quoniã ad ſonum efficiendum tria concurrunt; & percutiens, & percuſſum, & horum ſuſcipiens ictum, quod certe aer eſt, [3] iure profecto vocem ea dumtaxat habere animalia, quę reſpirando aerem ducunt, ac reddunt. Quare in ea parte animalia formabunt vocem, per quam attractũ aerem, cum aliquo impulſu reſpirando emittunt. [4] Etenim natura ad duo obeũda munera ſuſcepto vtitur aere. [5] Vt namque linguam, & ad diſcernendos ſapores, & ad loquendum adhibet, [6] quorum illud quidem neceſſarium ad animalis conſeruationem eſt, omnibusq; proinde animantibus conceſſum, [7] hoc autem ad optimum, ac perfectum vitæ ſtatum, ad exprimendos videlicet conceptus, qui in anima inſunt: [8] ſic attracto aere, & ad remittendum internum calorem, [9] & ad vocem formandam vtitur. Hoc enim animal; vt beatiorem agat vitam interiores ſignificando conceptus requirit, illud vero, vt quam ducit vitam ſeruare, ac tueri poſſit. [10] Cauſa autem

X cur

Tex 88.

1 Vox autem ſonus animalis eſt, & non qualibet parte.

a S Thomas.

2 Sed quoniam omne ſonat verberãte aliquo, & aliquid, in aliquo, hoc autem eſt aer,

3 rationabiliter vtique vocem edent hęc ſola, quæcunque ſuſcipiunt aerem.

4 Iam enim eo, qui reſpiratur, vtitur natura ad duo opera,

5 ſicut lingua ad guſtum, & loquutionem:

6 quorum guſtus quidẽ neceſſarius eſt, vnde & pluribus ineſt,

7 interpretatio autem, vt benè ſit,

8 ſic & ſpiritu ad calorẽ interiorem, tanquam neceſſariũ,

9 & ad vocem, vt bene ſit.

10 Cauſa autem in alijs dicta eſt.

Tex. 89.

1 Inſtrumentum autem reſpirationi guttur.

2 Cuius autē cauſa hæc pars eſt, pulmo.

3 Hac enim parte plus habent caloris pedeſtria alijs.

4 Indiget autem reſpiratione & qui circa cor locus primus.

a Auerroes.

5 Vnde neceſſe eſt intro reſpiratum ingredi aerem.

cur id accidat alibi dicta eſt.

At [1] vero inſtrumentum, quo reſpiratio perficitur, aſpera arteria eſt, quæ à faucibus ortum ducens varijs compacta cartilaginibus per collum decurrit, [2] pulmonibus ad aeris attractionem inſeruiens. [3] Etenim in hac parte, quæ ipſum cor fontem caloris ambit, atque amplectitur, ideoq; plurimum incaleſcit, animalia progreſſiua maiorem, quam alia, ſunt nacta calorem. [4] Potiori autē iure[a] indiget reſpiratione cor, in quo primario anima reſidet, atque operatur, vt frigidi aeris attractione remittat nimium, quo æſtuat calorem; poſtea autem pulmo, vt ſuſceptum, ac fere ignitum calore cordis aerem expellat, alioq; frigido immiſſo temperiem aliquam ſortiatur. [5] Vnde aeris ingreſſu in reſpiratione opus videtur, vt exæſtuans cordis, ac pulmonis refrigeretur calor. Quapropter manifeſtum eſt, animalia in aſpera arteria, per quam ſuſceptum emittunt aerem, vocem edere, hoc eſt, in extrema arteriæ parte, quæ ad linguę radicem poſita larinx vocatur. Cum enim è pulmonibus per aſperam arteriam confeſtim deducitur aer, atque ab anima rectus ad laringem vſque impingit, aerem interceptum conſtringens, ac mouens perſonat, vocemque effingit

Vera

Vera [1] igitur, ac perfecta vocis definitio erit, [a] ſi dixerimus eam editum ſonum ex aeris ictu reſpiratione attracti ad laringem vocatam eſſe, cum ab animæ facultate in his partibus exiſtente procedit. [2] Neque verò omnis ab animali editus ſonus, quemadmodum diximus, vox eſt, [3] quandoquidē nec linguæ ſonus per modum ſibili factus, nec ſtrepitus in tuſſi editus, etſi imperante anima fiat, voces appellari queāt. [4] Sed ictum, ex quo prodit ſonus, ordinate ab anima, quæ imaginatum aliquē exprimere conceptum velit, aere ſenſim egrediente procedere oportet; cum tamen aceruatim, atque inordinate erumpente aere ob noxium humidum, quod expellere natura conatur, & ab eo ſæpè repercuſſo, atque interrupto ad nullius conceptus expreſſionem intenta anima, tuſſis accidat, lingua verò ex aere haud præparato in aſpera arteria ſibilando ſonet. [5] Etenim vox ſonus quidam ſignificatiuus eſt, [6] atque cuiuſuis minimè reſpiratione attracti aeris ſonus videtur, perinde ac tuſſis, [7] ſed is ſolum, quem medijs inſtrumentis requiſitis gignit anima, cum attractum emittens aerem aſperam percutit arteriam, atq; interceptum agitat, ac ferit aerem conceptum, ſeu affectum aliquem exprimere intendens. [8] At verò quod ex

Tex. 90.

1 Quare percuſſio reſpirat aeris ab anima, quæ eſt in his partibus, ad vocatam arteriam vox eſt.

a *Simplicius Auerroes Philoponus.*

2 Non enim omnis animalis ſonus vox eſt, ſicut diximus.

3 Eſt enim & linguam ſonare, ſicut tuſſientes.

4 Sed oportet animatum eſſe verberans, & cum imaginatione aliqua.

5 Significatiuus enim quidā ſonus eſt vox,

6 & non reſpirati aeris, ſicut tuſſis,

7 ſed iſto verberat eum, qui eſt in arteria ad ipſam.

8 Signum autem eſt, non poſſe vocem edere reſpiritem,

aut expirantem, ſed detinentem.

9 Mouet enim iſto retinens.

Tex. 90.

1 Manifeſtum autem & cur piſces ſine voce ſint; non .n. habent guttur; hanc autem partem non habent, quia nō recipiunt aerem, neque reſpirant.

2 Sed qui dicunt ſic, peccant

3 Propter quam igitur cauſam alia ratio eſt.

Tex. 92.

1 De odore autem, & olfactibili minus facilè determinabile eſt dictis.

2 Non enim ſic manifeſtum eſt, quale quid ſit odor, vt ſonus, aut lumen, aut color.

3 Cauſa autem eſt, quia ſenſum hunc non habemus certum, ſed peiorem multis animalibus.

a S. Thomas.

aeris quem reſpiratione attraximus ictu efformetur vox, id clarè indicat, quod neque reſpirando attrahens aerem, neque expellens animal vocem edit; ſed tum ſolum cum ſuſceptum aerem detinet. 9 Hoc .n. collecto ſenſim, ac paulatim emiſſo eum percutit, ac ferit, quē incluſum aſpera obtinet arteria.

Ex his 1 manifeſtum eſt quam ob cauſam piſces voce careāt. Aſpera enim arteria deſtituti ſunt, propterea quod in aquis verſantes, nec aerem ſuſcipiant, nec reſpirent. 2 Qui autem reſpirare piſces aiunt, errant omnino. 3 Propter quam vero cauſam id accidat, alibi determinandum eſt.

Iam de ſono, & auditu diſſeruimus, nunc de olfactu, & olfactibili agendum eſt.

Odoris 1 autem atq; odorabilis ratio non eadem facilitate innoteſcit nobis, qua reliquorū ſenſibiliū natura. 2 Neque enim ſic manifeſtæ odoris, vt ſoni, & coloris, luciſq; ſpecies sūt, proprijſq; appellantur nominibus. 3 Huius cauſa aſſignari facile poteſt. Nam homines ſēſum olfactus haud perfectum, & exactū habent, ſed obſcurum, ac debilem, multiſq; animalibus deteriorem, a quandoquidē magna inter cætera animalia cerebri quantitate præditi, atque olfactus idcirco ſenſorium cerebro adiacēs nimia

nimia frigiditate, atq; humiditate perſuſum obtinentes imperfectè, ac leuiter ab odore calidæ, ac ſiccæ naturæ patiuntur, ipſumq; niſi propinquus ſit, ac vehemēter ſenſorium moueat percipere nequeunt. Etſi à propinquo, ac vehementi odore immutatum ſenſorium, cū ab ijs maximè qualitatibus denudatum ſit, ex quibus oriuntur odores, eorum quaſcumque differentias diſtinctè, exactèq; cognoſcere valeat. 4 Etenim obſcure, ac remiſſe odorant homines, & nullum prope ſentiunt odorem, niſi ob propinquitatem, & exſuperantiam, atque excellentiam ineptum ad patiendum ſenſorium vehementer moueat, & dolore, ac voluptate afficiendo excitet. Ex quo fit intellectum obſcure à ſenſu olfactus moueri, & difficile proprium eius obiectum cognoſcere diſtinctè poſſe.

Conſentaneum 1 autem rationi eſt, a quemadmodum animalia, quę duros habent oculos, ita ſentiunt colores, vt inepto ad ſpeciei viſibilis actionem ſuſcipiendam ſenſorio prædita, eorū minimè percipiant differentias, 2 niſi ob vehemētem actionem mota delectatione, aut timore afficiantur: 3 ita & homines ob olfactus ſenſorij frigiditatem, atque humiditatē proximos, ac excellentes dumtaxat odores, & dolorem, atque

4 Prauè enim odorat homo, & nihil ſentit odorabilium ſine moleſto, aut iucundo, tanquam non exiſtente certo ſenſorio.

Tex. 93.

1 Rationabile autem eſt, ſic & quæ duros habent oculos, colores ſentire, & non manifeſtas ipſi eſſe differentias colorum,

a Simplicius.

2 niſi terribili re, & non terribili:

3 ſic autem, & odores hominum genus.

atque voluptatem inducentes perfecte ſuſcipere, ac diſcernere poſſe. Sed iam tradendus eſt modus, quo differentiæ odorum innoteſcere nobis queant. 4 Sciendum autem eſt, b quemadmodum inter guſtum, & olfactum affinitas quædam, ac proportio eſt, cum eadem ratione odorabile reſpiciat olfactus, qua guſtabile guſtus; ita & quandam analogiam, ac proportionem eſſe inter odorum, ac ſaporum ſpecies, ratione cuius idem fere numerus ſaporum, atq; odorum ſpecierum ſit, in eo duntaxat exiſtente odore, in quo ineſt ſapor. Quare cum ſpecies ſaporũ ſint nobis notę, ex iis odorum quoque ſpecierum innoteſcet numerus.

1 Perfectiorem a autem homines, exactumque magis 2 ſenſum guſtus, quam olfactus obtinent, eoque etſi remiſſos, ac debiles optime percipiunt ſapores, Manifeſtum ſane hoc eſt. a Nam guſtus tactus quidam eſt, hunc autem certiſſimum, & exquiſitum habent homines. 3 In cæteris namque ſenſibus à cæteris animalibus vincuntur, 4 at ſenſu tactus longè omnibus excellentius, ac certius iudicant, maioremque temperiem qualitatum nacti remiſſas, ac diminutas quaſcumque diſcernunt qualitates. 5 Vnde omnium prudentiſſimus animalium videtur homo. 6 Clarè

4 Videntur enim proportionem habere ad guſtum, & ſimiliter ſpecies ſaporum cum ijs, quæ ſunt odoris.

a *Simplicius Auerroes.*

Tex. 94.

1 Sed certiorem habemus guſtum,

a *Simplicius Auerroes.*

2 propterea quod ipſe quidd tactus eſt, hunc autem habet ſenſum homo certiſſimum.

3 In alijs enim ſuperatur ab animalibus multis.

4 Secundum autem tactum multo quam cætera excellentius percipit.

5 Vnde & prudentiſſimum animalium eſt.

6 Signum autem & in genere

rè

rè hoc indicat, quod inter homines, nō is, qui exacto, certoq; magis vtitur viſu, anditu, olfactu, ſed is tantummodo excellentiori præditus ingenio dicitur, qui perfectiorē ſenſum tactus adeptus eſt. 7 Qui enim duritie quadā obductam carnem, atq; ad ſiccitatem vergentem habent, ſeu requiſita qualitatū proportione carent, ad mentis obeundas operationes inepti ſunt. 8 Qui autem mollem, optimamque temperiem qualitatum nactam obtinent carnem, ad ſpeculandum maximè apti videtur, quandoquidē ex tactu tanquam ex omnium ſenſuū fundamento ſenſitiua perfecta anima, atq; excellens indicatur cō plexio, quæ optimè ad intellectiuæ animæ perficiendas operationes inſeruit, facillime fuſis, expediteq; diſcurrentibus ſpiritibus, & claris, puriſq; magis ad cognoſcitiuas facultates animæ ſpeciebus tranſmiſſis.

Sed eam, quæ inter ſpecies odoris, atque ſaporis intercedit proportionem docere aggrediamur.

Quemadmodum 1 ergò ſapor in extremas quaſdam oppoſitas ſpecies diuiditur, vt dulcē, & amarum, 2 ſic quoq; partiuntur odores, vt alij dulces, alij amari dicantur. At non eadem ſemper cadit proportio inter odores, ac ſapores, 3 ſed quædam odorem, ac saporē ſimilis

hominum, ſecundum ſe ſorium hoc ingenioſos, & non ingenioſos eſſe, ſecundum autem aliud nullum.

7 Duri enim carne, inepti mente.

8 Molles autem carne benè apti.

Tex. 95.

1 Eſt autem vt ſapor hic quidem dulcis, ille verò amarus,

2 ſic & odores ſunt.

3 Sed alia quidem proportionaliter habent odorem, & ſa

ſimilis rationis habent, dulcem inquam ſaporem, dulcemq; odorem, [4] quædã alio ſapore, odoreq; alio prædita ſunt. [5] Similiter autem, vt dulcis, & amarus odor eſt, ſic & acer, & acerbus, & acutus, & pinguis videtur, extremas, ac medias ſaporum ſpecies inſequens. [6] Etſi verò ſaporibus haud ſemper correſpondeant odores, quia tamen, vt diximus non adeo manifeſti odores, atque ſapores ſunt, odorum nomina per quãdam ſimilitudinem à ſaporibus deducuntur. [7] Alius enim dulcis eſt, vt croci, & mellis, [8] alius acer, vt thimi, ac ſimilium. [9] Idem vero & in cæteris ſeruatur modus.

Aduertendum [1] autẽ & illud eſt, quẽmodum vnuſquiſq; ſenſus proprium diſcernit obiectum, & priuationem eiuſdem, [a] illud quidem per ſe, quatenus ab ipſo poſitiue mouetur, hoc verò eo quod ab intellectu comprehendatur nõ ſine ſenſu, qui dum prope admotũ ſenſibile eſt, illud tamen haud ſentit, atq; ità auditus ſonum, & ſoni abſentiam, viſus colorem, & coloris priuationem, [2] ſic etiam olfactum & id quod præditum odore eſt, & id quod eo caret percipere. [3] Odore autẽ deſtitutum videtur, & quod prorſus ineptum eſt, vt oleat, & quod tenuiter, exiliterq; olet, & quod tetrum, violentumque præbet odo-

---

porem; dico autem dulcem odorem, & ſaporem,

4 alia verò contrà.

5 Similiter autem & acer, & auſterus, & acutus, & pinguis eſt odor.

6 Sed ſicut diximus, proptereà quod non multum manifeſti ſunt odores, ſicut ſapores, ab his ſumpta ſunt nomina ſecundum ſimilitudinẽ rerum.

7 Dulcis .n. à croco, & melle.

8 Acer à thimo, & huiuſmodi.

9 Eodem autem modo & in alijs.

Tex. 96.

1 Adhuc autem ſicut auditus, & vnuſquiſq; ſenſuum, hic quidem audibilis, & inaudibilis, ille verò viſibilis & inuiſibilis,

a Themiſtius.

2 & olfactus odorabilis, & inodorabilis.

3 Inodorabile autẽ aliud quidem ſecundum id, quod omninò impoſſibile eſt habere odorem, aliud verò paruum habens, & prauum.

odorem. 4 Eadem verò & in eo, quod à guſtu minimè percipitur diſtinctio valet.

Neceſſe 1 autem eſt olfactum, quemadmodum & in aſſignatis contingit ſenſibus, per externum aliquod mediū, vt aerem, aut aquam ab odore pati. Experientia id clarum eſſe poteſt. 2 Nam piſces ſub aquis latẽtes percipiunt odorem, ſiquidem è ſpeluncis ſalſamento illitis faucibus euocantur, & non pauci ad carunculas ſæpiarum deuſtas, & aſſatum polypum ex alto decurrunt, omneſq; antequam vorent, eſcam olfactu explorant. 3 Præterea quæ in aere animalia degunt, tum ſanguine prædita, tum eo deſtituta per aerem captãt odores; 4 quoniam alimenti odore percepto ad ipſum quærendum ex remotiſſimo loco mouentur. Vnde manifeſtū eſt, odorem per medium aerem, aut aquam ſenſum olfactus immutare, a ſenſibili in medio producta ſpecie, quę mouere potentiam, atque ad proprium cognoſcendum obiectum determinare queat, ſiue immediate ab ipſo corpore, in quo ineſt odor, emanet, ſiue ab olido ex ipſo vi caloris eleuato vapore prodeat.

Ex 1 his iure quiſpiam quæret, vtrum omnia animalia, tum ſanguinem habentia, tum eo priuata ſimili modo perci-

 piant

4 Similiter autem & inguſtabile dicitur.

Tex. 97.

1 Eſt autem olfactus per medium, vt aerem aut aquam.

2 Etenim aquatica videntur odorem ſentire.

3 Similiter autem & quæ ſanguinem habent, & quæ non habent, ſicut & quæ in aere.

4 Etenim horum quædam eminus accurrunt ad alimentum ab odore mota.

a *Philoponus S.Thomas.*

Tex 98.

1 Vnde & dubium videtur, ſi omnia quidem ſimiliter odorent.

piant odorem, ac ſimilem ſenſum olfactus obtineant. 2 Etenim homo, cum reſpirando attrahit aerem, odorem ſentit, cum autem non reſpirat, ſed, aut ſuſpeptum emittit aerem, aut retinet, odorem minimè percipit, neque ſi longè abſit olens corpus, neque ſi propè exiſtat, neque ſi naribus imponatur. 3 Et quidem ſenſibile ſupra ſenſorium poſitum ſentiri non poſſe omnibus competit animalibus. 4 At nõ percipi odorem [a] abſq; reſpiratione proprium eſſe hominum, ac reſpirantium animalium videtur, 5 quemadmodum & ipſa comprobat experientia.

Quapropter 1 cum ſanguine deſtituta animalia non reſpirent, alium vtiq; prçter olfactum in reſpirantibus exiſtentem animalibus habebunt ſenſum, quo percipere odores queãt. 2 Sed hoc impoſſibile eſt. Nã ſẽſuũ diuerſitas ex diuerſitate ſenſibilium prouenit, 3 at vnicum ſenſibile eſt, nempe odor, quem omnia percipiunt animalia, eodem ergò ſenſu olfactus omnia animalia odorem captant; 4 ſiquidem rei, tam malè, quam benè olentis ſenſus abſque controuerſia olfactus eſſe videtur. Prçterea eiuſdem ſenſus eadem corruptiua ſunt, 5 at omnia animalia ab ijſdem grauibus, ac tetris odoribus, vt aſphalto, ſulphure, alijſque ſimilibus corrumpuntur,

2 Homo autem reſpirans quidem, non reſpirans autem, ſed expirans, aut retinens ſpiritum, non odorat, neq; cominus, neque ſi in naſum intus ponatur.

3 Et in ipſo quidem poſitum ſenſorio inſenſibile eſſe, omnium commune eſt.

4 Sed ſine reſpiratione non ſentire proprium eſt hominum.

a Philoponus Auerroes.

5 Manifeſtum autem eſt experientibus

Tex 99.

1 Quare quę ſanguinem non habent, quoniam non reſpirant, aliũm vtique quendam ſenſum habent, præter eos, qui dicti ſunt.

2 Sed impoſſibile eſt,

3 ſiqui dem odorem ſentiũt.

4 Odorabilis enim ſenſus & malè olentis, & benè olentis olfactus eſt.

5 Amplius autem & corrumpi videntur à fortibus odoribus, à quibus homo corrũmpitur, vt bituminis, & ſulphuris, & huiuſmodi.

Digitized by Google

tur, omnia ergo animalia, etſi non reſpirent, eodem tamen ſenſu olfactus prędita ſunt.

Vt vero huius diuerſitatis cauſam intelligamus, qua reſpirantia, & non reſpirantia animalia percipiunt odorem. Sciendum eſt [1] ſenſorium olfactus in hominibus, ac reſpirantibus animalibus exiſtens ab eorum animalibus, quæ reſpiratione carent, ſenſorijs differre, [2] quemadmodum molles hominum oculi à duris quorundam animalium oculis differunt. [3] Nam oculi hominũ ob molliciem, ac teneritatem, qua præditi ſunt palpebris, ceu vallo quodam, ac munimento circumſepti videntur, quibus tantummodo ſublatis, atq; retractis præſentia cernere obiecta queunt. [4] Aliorum autem animalium oculi, quoniam ob propriam duritiem nullo egent velamine, quo ab externis corrũpentibus muniantur, ac defendãtur, ſine vllo diductu quæ incidunt, occurruntque obiecta conſpiciunt. [5] Idẽ in ſenſorio olfactus contingit. Nã ſenſorium animalium, quæ abſque reſpiratione odorem ſentiunt, nullo tectum, ac velatum operculo eſt, perinde, ac duri animaliũ oculi. [6] Eorum autẽ, quæ reſpirant animalium ſenſorium quodã ſeptum, obuallatumque operculo eſt ad caloris, ac frigoris, aliorumque ar-

Tex. 100.

1 Videtur autem in hominibus differre hoc ſenſoriũ ab ijs, quæ aliorum animalium,

2 ſicut oculi ab oculis eorũ, quæ duros habent oculos.

3 Nam illa quidẽ habent vallum, & velut velamen, palpebras, quas quis non mouens, neque retrahens non videt.

4 Hi autem eorum, quæ duros habent oculos, nihil tale habent, ſed mox vident quæ fiunt in perſpicuo.

5 Sic igitur & odorantium ſenſorium alijs quidem ſine operculo eſt, ſicut oculus:

6 alijs verò aerem recipientibus habet cooperimentum, quod reſpirantibus diſcooperitur, dilatatis venis, & meatibus.

Digitized by Google

cenda nocumenta, & noxios, tetroſq́ vitandos odores conceſſo, quod, cum media reſpiratione attrahitur aer, venis, meatibusq́; dilatatis aperitur, ac panditur, delatumque per aerem odorem ingredi permittit. 7 Hinc aũt euenit, vt quæ reſpirant animalia in aqua non ſentiant odorem, 8 quoniam ab eo ſola intercedente reſpiratione patiũtur, in aqua verò effici reſpiratio nequit. Quamobrem ſi quis hanc veritatem diligenti inſpexerit animo, cõperiet profecto animalium in captandis odoribus diuerſitatem, non ex diuerſitate ſenſus olfactus, ſed ex varia dumtaxat ſenſorij conſtitutione prouenire. Ex dictis aliquam odoris, & olfactus ſenſorij deſcriptionẽ afferre licet, 9 ſi dixerimus odorem ſicci, perinde ac ſapor humidi, affectionem quandam eſſe, 10 atque ſenſorium olfactus tale quid poteſtate eſſe, quale actu odor eſt, à quo ſuapte natura pati, atq; immutari poteſt.

7 Propter hoc reſpirantia nõ odorant in aqua.

8 Neceſſarium .n. eſt olfacere reſpirando: hoc aũtẽ facere in humido impoſſibile eſt.

9 Eſt autem odor ſicci, ſicut ſapor humidi.

10 Odoratiuum autem ſenſorium potentia huiuſmodi.

His de odore, atque olfactu pertractatis, guſtabilis, & guſtus naturam explicare aggrediamur.

Guſtabile 1 ergo tangibile quoddam videtur. 2 Atque hæc cauſa eſt, ob quã guſtus alieno corpore non eget, quo vt extraneo vtatur medio ad ſaporum ſpecies delatas cognoſcendas. 3 Quandoquidem, nec etiam tactus extraneum requi-

Tex. 101.

1 Guſtabile autem eſt tangibile quoddam.

2 Et hæc eſt cauſa, cur non ſit ſenſibile per medium extraneum corpus.

3 Neque enim tactus.

requirit medium, vt aerem, aut aquam ad tactiles percipiendas qualitates, ſed ſolum internum, quod ſenſorio adnexum, & coniunctum animalis conſtitutionem ingrediatur. Perſpicuum autem eſt guſtabile obiectum quoddam tangibile eſſe. 4 Nam id corpus, in quo tanquam in ſubiecto, ac materia ineſt ſapor, qui guſtu percipitur, humidum ſuapte natura eſt, 5 at humidum tangibile quoddam eſt, ergò & guſtabile, a ſi ſubiectum in quo radicatur, ſimulq; ſentitur ſpectemus, tangibile erit. 6 Vnde & ſi quis fuerit in aqua, dulcē vtiq; alicuius corporis in aqua deuoluti ſaporem ſentiet, 7 haudquaquam verò medium erit aqua, mediante quo in ſenſorium agat ſapor, ſed is aquæ permixtus, ac in ea receptus immutabit ſenſum, 8 quemadmodum & in potu accidit, cum aquæ admixtum percipimus vinum. Atq; hæc inter guſtum, ac viſum differentia eſt. 9 Neque enim ex eo perficitur viſio, quod medio perſpicuo admiſceatur color, aut in minima corpuſcula reſolutus ad oculum feratur, ſed ex eò ſolum, quod per ſpeciei viſibilis productionem extraneum immutetur medium, itàque excitetur ſenſus ad propriam eliciendam operationem.

Quamobrem 1 hi duo ſenſus inter ſe differunt, quatenus obiectum guſtabile ex-

4 Et corpus autem, in quo eſt ſapor, eſt guſtabile in humido, vt in materia.

5 Hoc autem tāgibile quoddam eſt.

a *Simplicius Philoponus.*

6 Vnde & ſi in aqua eſſemus, ſentiremus vtique impoſitum dulce.

7 Non autem eſſet tunc nobis ſenſus per medium, ſed eò q̄d miſceretur humido,

8 ſicut in potu.

9 Color autem non ſic videtur, eò quòd miſceatur, neq; defluxionibus.

Tex. 102.

1 Vt igitur medium nihil eſt, vt autem color viſibile, ſic guſtabile ſapor.

Digitized by Google

le extraneo præciſo medio ſentitur, viſibile autem per ipſum neceſſario perſpicuum cernitur. Conueniunt verò, quoniam vt viſibile color, ita & guſtabile ſit ſapor. a Neceſſe autem eſt, quemadmodum diximus, in humido veluti in proprio ſubiecto, ac materia ſaporem ineſſe; 2 quandoquidem ſenſum guſtus immutare id tantū queat, quod aquea ſit humiditate aſperſum. 3 Atque hæc humiditas in corpore, quod eſt aptum affici ſapore, aut actu, aut potẽtia ineſt, actu quidem, vt in vino, 4 potentia verò, vt in ſale, qui & linguæ ſaliua in humorem ſoluitur actu ſaporem adeptus, & fluidus, ac tenuis factus ab ipſo facillimè percipitur ſenſu.

Sed vlterius a quid commune ſit guſtui cum alijs ſenſibus doceamus.

Ergò 1 viſus & obiectum viſibile, & inuiſibile percipit (tenebræ autem inuiſibiles ſunt, quas intellectus dum à nullo ſenſibili immutatur viſus eſſe cognoſcit) atque etiam id, quod valdè ſplendet, ac lucet (hoc enim inuiſibile eſt, nō perindè ac tenebræ, ſed vt id quod excellens nimis, ac vehemens aptam ſenſorij temperiem diſſoluere aptum eſt) 2 Item auditus, ſonum & ſilentium iudicat, quorum aliud ſenſum immutando ab eo ſentitur, aliud nihil agendo non ſine ſenſu ab intellectu deprehenditur.

a *Philoponus Auerroes Themiſtius.*

2 Nihil autem facit saporis ſenſum ſine humiditate,

3 ſed habet actu, aut potentia humiditatem,

4 vt ſal, nam & facilè liquabile ipſum eſt, & colliquefactiuum linguæ.

a *Philoponus Themiſtius.*

Tex. 105.

1 Sicut autem viſus & viſibilis eſt, & inuiſibilis (tenebrę enim inuiſibiles ſunt. iudicat autem & has viſus) adhuc autẽ & valdè ſplendidi (etenim hoc inuiſibile eſt; alio autem modo quàm tenebrę)

2 ſimiliter autem & auditus, & ſoni, & ſilentij, quorum aliud audibile, aliud inaudibile eſt.

ditur, 3 & magnos prętereà, atque violentos capit ſonos, periodè ac valdè ſplendida obiecta viſus. 4 Arbitrandum enim eſt, ſicut exiguus ſonus vix ſenſum feriens, ac mouens quodammodò inſenſibilis eſt, ægrèq; ſentitur, 5 ſic magnum, ac violentum ſonum, quia ſenſorium valdè concutit, ac frangit, inſenſibilem eſſe. 6 Inuiſibilem autem pluribus dicitur modis. a Vno modo perinde, atq; id, quod impoſſibile omninò cenſetur, 7 alio modo ſi aptũ quidem ſit videri, ſed, aut nimis vehemẽs, aut exiguum cerni vix poſſit: 8 quemadmodum & homo progredi nequit, & abſciſſos habens pedes, & eos ineptos ad incedendum obtinens. 9 Eodem modo guſtus & guſtabile obiectum, & non guſtabile ſentit. 10 Hoc verò eſt, non ſolum id, quod nullo modo guſtũ afficere poteſt, ſed etiam id, quod aut exiguũ, aut prauum, ac ſenſus corruptiuum ſaporem habet. 11 Principium autẽ, b ſeu guſtabilis & non guſtabilis materia potabile, & impotabile eſt, nẽpè id quod actu humidum, & liquidum, ac fluidũ eſt, & quod, aut omnino ſiccum, & aridum eſt, aut exiguo, maloue humore præditum. 12 Ambo enim percipit guſtus, 13 ſed impotabile quidem eſt quod aut nullo modo afficit guſtum, aut ipſum cum moleſtia, & læſione immutat; pota-

3 & magni ſoni, ſicut viſus eſt ſplendidi:

4 ſicut .n. paruus ſonus inaudibilis quodammodo eſt,

5 ſic & magnus, & violentus:

6 inuiſibile autem aliud quidem omninò dicitur, ſicut & in alijs quod impoſſibile,

a Auerroes.

7 aliud autem ſi aptum natura non habet, aut prauè,

8 ſicut carens pedibus, & carens nunc eis:

9 ſic vtique & guſtus eſt, & guſtabilis, & inguſtabilis.

10 Hoc autem eſt quod paruum, aut prauum habet ſaporem, aut corruptiuũ guſtus,

11 Videtur autem principiũ eſſe potabile, & impotabile.

b Philoponus Themiſtius.

12 Guſtus enim quidem ambo,

13 ſed hoc quidem eſt prauũ, & corruptiuum guſtus,

14 illud autem ſecundum na turam.

15 Eſt autem commune tactus, & guſtus potabile.

14 potabile autem id, quod gratum, & iucundum exiſtens delectatione perfundit ſenſum. 15 Vtrumque verò tactui, & guſtui commune eſt: nam quatenus humidum eſt, à ſolo tactu percipitur, quatenus vero obtinet ſaporem, ab ipſo cognoſcitur guſtu.

Tex 104.

1 Quoniam autem humidũ eſt guſtabile, neceſſe eſt ſenſorium ipſius, neque humidum eſſe actu, neque non non potens fieri humidum.

2 Patitur .n. aliquid guſtus à guſtabili ſecundum quod guſtabile eſt.

3 Neceſſarium eſt ergò humectatum iri, quod poteſt humectari ſeruatum: nõ eſt autem humidum guſtatiuum ſenſorium.

a Philoponus Simplicius.

4 Signum autem eſt neq; ſiccam exiſtentem linguam ſentire, neq; multum humidam.
b Philoponus.

5 Hic enim tactus fit primi humidi.

Ex his 1 patet, quoniam guſtabile obiectum ſuapte natura humidum eſt, ſenſorium guſtus, non actu, ſed ſola potentia humidum eſſe, ſi de humido ſapore affecto loquamur. Manifeſtè id probari poteſt. 2 Nam ſenſorium guſtus patitur à guſtabili, quà guſtabile eſt, & in humido propriam habet ſedẽ, 3 neceſſarium ergò eſt ſenſorium guſtus potentia quidẽ humidum eſſe, actu verò humidum fieri, cùm patitur ab obiecto, propriamq; ipſius humiditatem recipit, moderatam quandam, omnique ſapore deſtitutam humiditatem habens, a ob quam alienam facilè patiens humiditatem minimè læditur, ſed potius perficitur, ac ſeruatur potens ſaporum alias humiditates pati. 4 Hoc vlteriori quodam ſigno poteſt eſſe perſpicuum, b ex eo videlicèt, quod nec admodum ſiccéſcens lingua ſentiat, nec excedenti perfuſa humiditate. 5 Nam cùm valdè humida lingua eſt, ſeu aliquo valdè infecta ſapore inexiſtentem ſentiens, ac percipiens humiditatẽ obſtruitur,

Digitized by Google

ſtruitur, ac prohibetur, quominus alias ſaporum humiditates recipere, atque ſentire poſſit. [6] Is enim, qui acrem, ac vehementē prægustauit ſaporem, alios percipere exactè nequit; [7] atque etiam ij, qui regio morbo correpti laborant, impoſita quæque obiecta amara eſſe iudicant, [8] amaram quandam percipientes humiditatem, quæ bili permixta eorum afficit linguam. Cùm verò admodum ſicca lingua eſt, nec ſapores etiam guſtare apta eſt, aliqua prærequiſita humiditate, qua & in lingua recepti facillimè diffundantur ſapores, & in actum reducantur, ſi in ſubiecto actuali ſiccitate affecto inſint.

6 Vt cū quis prægustarit fortem ſaporem, guſtet alterū;

7 & vt ægrotantibus amara omnia videntur:

8 propterea quod lingua plena huiuſmodi humiditate ſentiunt.

Vt verò guſtabilis obiecti diſtinctam magis cognitionem habeamus, aliqua breuiter de ſpeciebus ſaporum attingenda ſunt.

Tex. 105.

1 Species autem ſaporum, ſicut, & in coloribus, ſimplices quidem contrariæ ſunt, vt dulce, & amarum.

S. Thomas.

Sciendum [1] autem eſt, quemadmodum in coloribus album, & nigrum, ſic & in ſaporibus dulce, & amarum ſimplices, atque appoſitas eſſe ſpecies ad ipſam guſtus potentiam relatas, quam oppoſitis, ac ſeſe deſtruentibus rationibus immutare aptæ ſunt. [2] Atque dulci quidem proximè adhæret pingue, amaro autem ſalſum; ſiquidem & parùm à dulci pingue, & ab amaro ſalſum recedat. [3] Mediæ autem ſpecies, quæ ab extremorum conſtitutione maiori

2 Conſequuntur autem illud quidem pingue, hoc verò ſalſum.

3 Media autem horum acre, & auſterum, & acerbum, & acidum.

iori

4 Ferè enim hęc videntur eſſe ſaporum differentiæ.

5 Quare guſtatiuũ eſt, quod potentia eſt huiuſmodi.

6 Guſtabile autem eſt factiuum actu ipſius.

iori interuallo diſtant, videtur eſſe acre, auſterum, acerbum, & acidum. 4 Hæ namque ferè ſpecies ſaporum ſunt, ad quas omnes aliæ reducuntur. Ex his aliqua guſtus, & guſtabilis deſcriptio colligi poteſt, 5 ſi dixerimus guſtum tale quid poteſtate eſſe, quale actu guſtabile eſt, 6 atq; id eſſe guſtabile, quod potentiam guſtus immutare, atque in actum deducere aptum eſt.

Sed iam, vt aliquem exteriorum ſenſuum tractationi imponamus finem, tactus, & tangibilis naturam contemplari aggrediamur.

Tex 106.

1 De tangibili autem, & tactu eadem ratio.

b Simplicius.

2 Si enim tactus non vnus eſt ſenſus, ſed plures, neceſſarium eſt, & tangibilia ſenſibilia plura eſſe.

3 Habet autem dubitationẽ, vtrum plures ſint, an vnus.

Quoniam 2 verò eadem tactus, *b* atq; tangibilis ratio eſt, ſi eorum vnitatem, ac pluralitatem ſpectemus, 2 quandoquidem ſenſu tactus multiplicato, ſenſibilia quoque ab eo percepta multiplicari oportet, vt tangibilium naturam, atque vnitatem determinare commodè poſſimus, de ſenſus Tactus vnitate dubitare, ac quærere neceſſe eſt. 3 Etenim abſq; iniuria dubitabit quiſpiam, vtrũ ſenſus Tactus vnus ſit, an plures.

Tex. 107.

1 Et quid eſt ſenſorium tangibilis, vtrum caro, & in alijs proportionale, an non,

2 ſed hoc quidem eſt mediũ, primum autem ſenſorium aliud quiddam eſt intus.

Præterea 1 & de ſenſorio, quod ab obiecto tangibili patitur, aliquis ambiget, vtrum ſit caro in animalibus, quæ habent ſanguinem, & aliquid carni proportione reſpondens in ijs, quæ ſanguine deſtituta ſunt, 2 an potius hoc quidem medium ſit, primum autem ſenſorium,

Digitized by Google

rium, in quo tactiua potentia radicata eſt, quid aliud intus exiſtens. Et quidem, vt priorem determinemus quæſtionem, alicui videri poteſt plures ſenſus tactus eſſe. 3 Nam omnis ſenſus vnicam tantummodò primam contrarietatem reſpicere videtur. 4 Etenim viſus colorem album & nigrum; auditus ſonum grauem & acutum, guſtus saporē dulcem & amarum ſentit, 5 In obiectis verò tangibilibus plures inſunt primæ contrarietates, calidum & frigidum, humidum & ſiccum, durum & molle, & alia huiuſmodi, ergo plures ſenſus tactus eſſe videntur.

Quidam 1 propoſitum dubium ſolutione quadam infringere conantur, in alijs quoque ſenſibus plures ineſſe contrarietates affirmantes. 2 Nam in voce non modò acumen & grauitas, ſed paruitas, & magnitudo, lenitas, & aſperitas, aliaq; ſimilia inſunt. 3 Et eodem modo in colore, præter album, & nigrū, alias huiuſmodi contrarietates aſſignare licet. Quoniam igitur hæ contrarietates nec viſum, nec auditum auferunt, tangibilibus multiplicatis, ſenſum quoque tactus multiplicari negant. Sed in eo hæc ſolutio deficit, quod in his ſenſibus plures haudquaquàm primas contrarietates affert, ſed eas ſolùm, quæ ad vnicam primam contrarietatem reduci

3 Omnis etenim ſeſus vnius contrarietatis eſſe videtur.

4 Vt viſus albi, & nigri, & auditus grauis, & acuti, & guſtus amari, & dulcis.

5 In tangibili autem plures inſunt contrarietates, calidū, frigidum, humidum, ſiccum, durum, molle, & aliorum quæcunque ſunt huiuſmodi.

Tex. 108.

1 Habet autem ſolutionem quandam ad hanc dubitationem. Nam in alijs ſenſibus ſunt contrarietates plures.

2 Vt in voce, non ſolum acumen, & grauitas, ſed & magnitudo, & paucitas, & lenitas, & aſperitas vocis, & huiuſmodi alia.

3 Sunt autem, & circa colorem differentiæ huiuſmodi aliæ.

queunt, cùm ad album & nigrum in colore, & grauè, atq; acutum in voce, aſſignatæ contrarietates referantur. Verũ vt propoſitum ſoluamus dubium,[4] exiſtimo etſi quemadmodum in auditu ſonus, & in viſu color,[a] ſic etiam in tactu vnicum haudquaquã appareat obiectum, quod vnam primam contrarietatem habens, ac proprio nomine dictum vnicam potentiam conſtituat, re vera tamen vnicum tactus obiectum eſſe, ſi modum, quo immutat ſenſum, & ab eo percipitur, ſpectemus; quandoquidem omnia tangibilia obiecta eodem ſemper modo immutant, ac excitant ſenſum, & ab ipſo exiſtentibus iiſdem operandi conditionibus, cognoſcuntur. Neceſſe autem non eſt ad potentiæ vnitatem cõſtituendam vnicum eſſe obiectum, in quo vna prima contrarietas inſit, quẽadmodum in pluribus contingit potentijs, ſed omnia quæ percipiuntur obiecta, eodem prorſus modo in ſenſorio ſuſcipi, atque à ſenſu cognoſci oportet, cum vnitas obiecti ſenſibilis, nõ ex propria entitate, ſed ex modo operandi ſumatur.

4 Sed quid vnum ſubiectum, ſicut auditui ſonus, ſic tactui non eſt manifeſtum.

a *Simplicius*.

Vt verò [1] poſteriorem determinemus quæſtionem, vtrum primum ſenſorium tactus quid intus exiſtens, an potiùs caro ſit, ex eo haudquaquàm poterit diſſolui quæſtio, quod applicatis obiectis, ac

Tex 109.

1 Vtrum autẽ ſit ſentiens intus, & an non, ſed mox caro, nullum videtur eſſe ſignum fieri ſenſum, ſimul atq; res tanguntur.

Digitized by Google

ac ſuper carnem poſitis illicò ſenſatio fiat. [2] Nam etſi quis externam aliquam pellem carni obtendat, poſteaq; tangat obiectum, cõfeſtim adhuc ſenſatio fiet; [3] cùm tamen certum ſit hanc pellem tactus ſenſorium non eſſe. Nec verò quis dicat pellem hãc ſenſorium tactus propter eà non eſſe, quòd naturali nexu homini iuncta non ſit. [4] Nam etſi naturalis homini hæc pellis euaderet, ſenſoriũ tactus idcircò non eſſet, ſed per eam ſolùm maiori celeritate, ac facilitate obiecti ad ſenſum pertingeret actio. Quapropter manifeſtum eſt, non ex eo carnem tactus ſenſorium eſſe, quòd ſuper eam poſitũ ſentiatur obiectum, ſed connaturale potius medium eſſe, quo ad ſenſorium intus exiſtens obiecti tangibilis actio tranſmittitur.

At verò quoniam caro medium connaturale, atq; adnatum eſt, difficillimè ſenſorium tactus ab ea diſtinctum percipere valemus.

Etenim [1] caro, quæ animalis corpori adnexa eſt, ſic ſe habet ad ſenſum tactus, quemadmodũ aer ſi ambiens corpora, iĳs naturali quodam nexu iunctus eſſet. [2] Sic autem ad corpora ſeſe habẽte aere, occultis exiſtentibus ſenſorĳs auditus, olfactus, ac viſus, vno, ac eodem ſenſu colorem, ſonum, & odorem ab animalibus percipi iudicaremus.

Nunc

2 Etenim nunc, & ſi quis circa carnem extenderit, vt pelliculam cum fecerit, ſimiliter ſenſum mox cum tetigerit, indicat.

3 Et tamen conſtat, quod nõ eſt in hoc ſenſorium.

4 Si autẽ, & coniunctũ fuerit, citius pertinget vtiq; ſenſus.

Tex. 110.

1 Quàpropter & talis pars corporis videtur ſic ſe habere, ſicut ſi circulariter nobis adnatus eſſet aer.

2 Videremur enim vno quodam ſentire, & ſonum & colorem, & odorem, vt vnus quidam ſenſus eſſe auditus, & viſus, & olfactus.

3 Nunc autem, quia hunc aerem à corporibus diuiſum, ac ſeiunctum eſſe patet, horum ſenſuum diſtincta ſenſoria eſſe manifeſtum eſt.

Incertum [1] verò, & obſcurum ſenſorium tactus videtur. Etenim ſagax, prouidaque natura [a] ſenſorium tactus in animalibus exiſtens ad ſentiendum iners ob terream portionem eſſe aduertens, vt fortiter patiendo facillimè perciperet ea, quæ tangendo lædere, aut perficere poſſunt, adnato dumtaxat, atque continuo obtegi medio voluit. [2] Neque enim ex aere, aut aqua [b] animatum corpus eſſe conflatum poſſibile eſt, [3] quandoquidem firmum & conſtans eſſe oportet, [4] ſed ex terra, alijſque elementis neceſſariò componitur, quemadmodùm & caro, quodq; illi proportione reſpondet, vt hoc pacto refractas, ac temperatas habẽs qualitates eorum, quæ tactu percipiuntur, actiones deferre queat. [5] Ex quo accidit neceſſariò carnem, qua tactus vt medio vtitur ad plures ſenſationes efficiendas, ſenſorio adnatam, & continuam eſſe.

Præterea [1] carnem medium tactus eſſe ex eo clarè patet, quòd plures in eadem lingua ſenſus operentur, nempè tactus, & guſtus, [2] cùm in ea & ſaporẽ, & omnia tangibilia percipi contingat. At ſi caro linguę ſenſorium tactus eſſet, vnicus

3 Nunc autem quoniam determinatũ eſt per quod ſuerit motus, manifeſta ſunt prædicta ſenſoria diuerſa eſſe.

Tex. 111.

1 In tactu autem hoc nunc immanifeſtum eſt.

a Simplicius.

2 Ex aere enim, aut aqua impoſſibile eſt cõſtare animatum corpus.

b Philoponus.

3 Oportet .n. ſolidum quoddam eſſe.

4 Relinquitur igitur mixtum ex terra, & ex his eſſe, quale ſolet eſſe caro, & proportionale.

5 Quare neceſſarium eſt, & corpus adnatum eſſe mediũ tactui per quod fiunt ſenſus, qui plures ſunt.

Tex. 112.

1 Indicat autem quod plures ſint qui in lingua tactus.

2 Omnia enim tangibilia ſentit ſecundum eandem partẽ, & ſaporem.

Digitized by Google

vnicus in ea dumtaxat ſenſus operari poſſet, cum ex vnitate ſenſorij vnitatē ſenſus arguere liceat. Neceſſe ergò eſt & carnem linguæ, & quamlibet aliam eiuſdem rationis carnem medium tactus eſſe. Nec verò quis dicat ſenſum guſtus à tactu non differre. 3 Nam ſi quælibet in corpore animato exiſtens caro impoſitum perciperet ſaporem, diſtinctio inter ſenſum tactus, & guſtus fortaſsè lateret. 4 Nunc autem certum eſt duos ſenſus eſſe, propterea quòd non vbicunque fit ſenſatio tactus, ibi quoque ſenſatio guſtus fiat.

Dubitabit [1] autem aliquis [a] vtrum præter medium intrinſecum, & connaturale ad contactum efficiendum, aliud quoq; extrinſecum requiratur medium. 2. Etenim omne corpus profunditatem habet, tribus præditum dimenſionibus longitudinis, latitudinis, & profunditatis. 3 Fieri autem nequit, vt ea corpora ſeſe mutuò immediatè tangant, inter quæ corpus aliquod medium intercedit. 4 Vbicumque verò eſt mediũ ſiue humidum, ſiue humectatum corpus aliquod eſſe oportet. 5 Atq; id humidum dico, [b] in quo, vt in corpore, ineſt humiditas, quemadmodum eſſe videtur aqua; 6 humectatum verò id, quod humido corpore, ſeu aqua perfuſum eſt. 7 Iam ea corpora, [b] quæ ſe tangunt

3 Si igitur, & alia caro ſentiret ſaporé, viderentur vnus, & idem ſenſus eſſe guſtus, & tactus.

4 Nunc autem duo, propterea quod non conuertitur.

Tex. 113.

1 Dubitabit autem aliquis.
a S. Thomas.

2 Si omne corpus profunditatem habet, hoc autem eſt tertia magnitudo,

3 quorum autem corporum medium eſt aliquod corpus, non contingit ipſa ſeinuicé tangere,

4 humidum autem non eſt ſine corpore, neque vdum,

5 ſed neceſſe eſt aquam eſſe,
a S. Thomas Simplicius.

6 aut habere aquam.

7 quæ verò tangunt ſeinuicem in aqua, cum extrema

gunt in aqua, extremas haud reſicatas habentes partes intermediam neceſſariò obtinent aquam, extremis eorum adhæreſcentem partibus. Neque enim eorum, quæ verſantur in aquis, ſuperficiem ſiccam eſſe, nulloq; humore circumfuſam putandum eſt. [8] Ex quo clariſſimè conſtat, quæ in aqua ſeſe tangũt corpora, intermediam neceſſariò aquã habere, eorumq; immediatum eſſe contactum non poſſe. [9] Idem & in aere cõtingit, eodem enim prorſus modo ſe habet aer ad ea, quæ in aere ſe tangunt, & aqua ad ea, quę verſantur in ipſa. [10] Sed magis aerem intermediũ eſſe nos latet, proptereà quòd nobis in aere perpetuò degentibus, ideoque minimè aduertentibus adhæret, obq; tenuitatem, ac leuitatem maximè ſenſum effugit. [11] Quod animãtibus etiam in aqua verſantibus accidit, quæ haud corpora intercedente aqua ſeſe mutuò tangere percipiunt. Ex quo manifeſtum eſt in aere ſolida & conſiſtentia corpora abſq; intermedio ſe ſe aere haudquaquam tangere poſſe, ſi magiſtram rerum, ac ducem experientiam ſequamur.

Maximum [1] igitur dubium eſt, [a] vtrum omnes ſenſus obiecta per aliquod extrinſecum percipiant medium, an verò aliorum alia ſit ratio, ità vt, quemadmodum videtur, tactus, & guſtus abſq;

med

ſicca nó ſint, neceſſe eſt aquã habere mediam, qua repleta ſint vltima:

S. Th. Themiſtius Auerroes.

8 ſi autem hoc verum, impoſſibile eſt tangere aliud, aliud in aqua.

9 Eodem autem modo, & in aere: ſimiliter enim ſe habet aer ad ea, quæ ſunt in ipſo, & aqua ad ea, quæ ſunt in ipſa.

10 Latet autem magis nos,

11 ſicut, & quæ ſunt in aqua animalia, ſi vdum tangit vdum.

Tex. 114.

1 Vtrum igitur omnium ſimiliter ſit ſenſus, an aliorũ aliter, ſicut nunc videtur, guſtus quidem, & tactus tangendo, alij autem eminus?

a *S. Thomas Philoponus Auerroes.*

Digitized by Google

medio tangendo ſentiant obiectum, alij verò tres ſenſus idem per extrinſecum interiectum medium remotum percipiant? [2] Reſpondeo tactum, & guſtum ſolida, & conſiſtentia, flexibiliàque obiecta (neque enim loquor de iis, quæ ſuapte natura fluunt) per aliquod extrinſecum medium percipere, [3] quemadmodum, & viſibile viſus, & odore præditum olfactus, & ſonum edens auditus extraneo exiſtente medio cognoſcunt. [4] Diferunt verò hi ſenſus, quòd tactus, & guſtus propè admotum ſentiunt obiectum, viſus autem, olfactus, atque auditus à longè percipiunt. [5] Atque obſcurum quidem, & immanifeſtum eſt, an tactus, & guſtus per extrinſecum medium percipiant obiecta, quoniam etſi omnes ſenſus per medium operentur, [6] in his tamen id latet, maximè ſenſum effugiente aere, qui inter contactum mediat. Nec verò conturbet aliquem obiectum extrinſeco intercedente medio tangi poſſe. [7] Nam etſi, vt prius dictum eſt, ſuper manum tenuis aliqua nos latens imponeretur pellis, adhuc tamen applicata ſentiremus obiecta, & eodem modo hæc ſe ſe haberet pellis, quo nunc aer, & aqua. [8] Ijs enim intercedentibus appoſita nos tangere obiecta, nihilque aeris,

Aa aut

2 Hoc autem non eſt, ſed durum, & molle per alia ſentimus.

3 ſicut & ſonatiuum, & viſibile, & odorabilē.

4 Sed alia quidem eminus, alia verò cominus.

5 Quapropter latet, quoniā omnia ſentimus per medium.

6 Sed in his latet.

7 Et quidem, ſicut diximus prius, etſi per pelliculam, quæ nos lateret, ſentiremus omnia tangibilia, ſimiliter vtique haberemus, ſicut & nunc in aere, & in aqua.

8 Putamus .n. nunc ipſa tangere, & nihil eſſe medium.

Digitized by Google

aut aquæ mediare putamus, ergò exiſtente aere, aut aqua intermedia tangibilia poſſumus obiecta percipere. Licet enim [b] magnitudinum cōtactus quodcumque medium excludat corpus, is tamen quo tangibilium perficitur ſenſatio, aliquo etiam corpore interiecto fieri poteſt.

[b] *Themiſtius.*

Tex. 115.

1 Sed differt tangibile à viſibilibus, & ſonatiuis,

2 quod hæc quidem ſentimus, eo quod medium mouet aliquid nos,

[a] *S. Thomas Auerroes.*

3 tangibilia verò non à medio, ſed ſimul cum medio:

4 ſicut per clypeum percuſſus.

5 Non enim clypeus percuſſus percuſſit, ſed ſimul accidit vtraque percuti.

Præterea, [1] quæ tactu percipiuntur, differunt ab ijs, quæ viſibilia ſunt, ac ſonum edunt. [2] Nam hæc quidem ex eo [a] percipimus, quod immutatum ab ipſis medium per ſenſibilis receptionem ſpeciei eādem in ſenſoriū imprimit ſpeciem, mouetque ſenſum, atq; ad operandum excitat. [3] At verò tāgibilia nō ex eo per extraneū ſentimus mediū, qđ immutatum à ſenſibili obiecto medium ſenſorium moueat, ſed ſimul, & ſenſorium, & medium ab ipſo immutantur obiecto, [4] vti fit cùm quiſpiam per clypeum percutitur. [5] Non enim percuſſus clypeus percutit hominem, ſed ſimul & clypeum, & hominem percuti accidit. Sic verò & ſenſorium tactus haudquaquam à medio, vt à propria cauſa mouetur, ſed ſimul, & ſēſorium, & medium ab obiecto moueri, ac pati contingit. Atque in hoc differt medium contactus ab eo, quo alij ſenſus à proprijs immutantur obiectis. Nam illi quidem à medio tanquàm à cauſa mouen-

uentur, quandoquidem ſpecies ab obiecto productas in extrinſeco priùs medio ſuſcipi, in quo debitam motioni ſenſuum proportionem acquirunt, deindè verò ab ipſo medio ad excitãdum ſenſorium tranſmitti neceſſe eſt. Etſi enim vt accidit in viſu, ſimul tempore, & ſenſorium, & medium ab obiecto immutentur, ſi tamen ordinem cauſæ reſpiciamus, immutatio medij ipſam ſenſorij motionem præcedit, quatenus in medio vehemens ſenſibilis actio tempe ratur, aptaque ad excitandum ſenſum euadit. At verò in tactu extrinſecum medium non eſt, vt ab obiecto neceſſariò immutatum proximum immutet ſen ſorium (ſi adnatum cum ſenſorio confundamus medium) ſiquidem à fluidis corporibus nullo extrinſeco exiſtente medio ab obiecto mouetur ſenſus; ſed requiritur medium ob conſiſtentiam, & ſoliditatem corporum, quæ abſq; intermedio corpore ſe ſe mutuo tangere nequeunt. Ex quo fit non modò tempo re, ſed cauſę quoq; ordine ſpectato, ſen ſorium tactus, ac medium extrinſecum ab obiecto ſimul pati. Secus autem de connato medio cenſendũ eſt, quod eadem prorſus neceſſitate ad contactum, qua media externa ad alias perficiendas ſenſationes concurrit.

Ex his manifeſtè colligitur, [a] carnē, & linguam nō eſſe tactus, & guſtus ſenſoria, ſed potius media, quibus eorum ſenſationes fiunt.

Nam [1] eodem modo ſe habent caro, & lingua ad tactum, & guſtum, quo aer, & aqua ad uiſum, olfactum, & auditum: at certum eſt aerem, & aquam horum ſenſuum media eſſe, quæ vt ab ipſius immutentur obiectis intercedere oportet, ergò caro, & lingua tactus, & guſtus media erunt, quibus motis ipſa quoque moueri ſenſoria neceſſe eſt. [2] Præterea ſenſibile ſupra ſenſorium poſitum minimè ſentitur, ſiue de tactu, & guſtu, ſiue de alijs ſenſibus loquamur, omnium .n. eadem ratio eſt, atq; inductione patet. [3] Nā ſi quis corpus albū ſupra oculi ſuperficiem ponat, haudquaquàm fiet viſio, & ſic in cæteris continget: at poſitum ſupra carnem ſenſibile ſentitur, & ſimiliter guſtabile ſupra linguam poſitum percipitur, ergò caro, & lingua tactus, & guſtus media, minimè autem ſenſoria ſunt. [4] Quare manifeſtum eſt quid intus exiſtens ſenſorium eſſe, in quo tangibilis ſenſatio fit. [5] Idem enim in hoc ſenſu, quod in alijs contingit, [6] quandoquidem ſenſibile ſupra tactus ſenſorium poſitum minimè ſentitur, ſed carni dumtaxat applicatum; [7] Ex quo fit, abſque dubio car-

a *Auerroes Simplicius Themiſtius S. Thomas.*

Tex. 116.

1 Omnino autem videtur caro, & lingua, ſicut aer, & aqua ad viſum, & auditum, & olfactum ſe habent, ſic ſe habere ad ſenſorium.

2 Ipſo autem ſenſorio tacto, neque ibi, neq; hic fiet vtiq; ſenſatio.

3 Vt ſi quis ponat corpus album ſuper oculi vltimum.

4 Quare & manifeſtum eſt, quod intus ſit tangibilis ſenſorium.

5 Sic .n. vtique accidet, quod quidem in alijs.

6 Appoſita enim ſuper ſenſorium non ſentiunt, ſuper carnem autem appoſita ſentiūt.

7 Quare medium tactiui caro.

tamem medium eſſe, quo indiget ex neceſſitate ſenſus, vt ab obiecto immutari queat.

Sed iam tactus medio determinato, a ipſius naturam ſenſorij determinare oportet.

Quoniam [1] ergò tangibiles qualitates corporis, vt corpus eſt, differentiæ videntur, [2] dico autẽ differentias, quæ rerum elementa diſtinguunt, calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, de quibus priùs dictum eſt ijs in locis, in quibus de elementis egimus: [3] manifeſtum eſt ſenſorium, quo huiuſmodi percipiuntur qualitates, & in quo ſenſus, qui dicitur tactus, primò ineſt, quandam eſſe partem, quæ ab his qualitatibus ſenſibilibus ſpeciebus receptis perfici poteſt.

Quia [1] enim ſenſatio in quadam perfectiua paſſione conſiſtit, [2] ſenſibile obiectum agens tale ſenſorium exiſtens in potentia facit, quale ipſum actu eſt. [3] Vnde nec eaſdem calidi, ac frigidi, humidi, ac ſicci differentias, quas natura ſenſorium obtinet, ſentimus, [4] ſed eas tantummodò, quæ ab ipſa temperie, ac mediocritate recedunt, quam ex ſui cõſtitutione vnumquodq; requirit ſenſorium. [5] Etenim cùm medium ſit extremorum iudex, tactus verò mediocritas quædam ſit, quatenus in extremarũ tangibi-

a *S. Thomas.*

Tex. 117.

1 Tangibiles igitur ſunt differentiæ corporis ſecundum quod corpus.

2 Dico autem differentias, quæ elementa determinant calidum, frigidum, humidũ, ſiccum, de quibus prius dictum eſt in ijs, quæ de elementis.

3 Senſorium autem ipſarum tactiuum, & in quo ſenſus qui vocatur tactus ineſt primo, potẽtia huiuſmodi pars eſt.

Tex. 118.

1 Sentire enim pati quoddã eſt.

2 Quare faciens quale ipſum actu huiuſmodi illud facit, cum ſit potentia.

3 Vnde ſimile calidum, & frigidum, aut durum, aut molle non ſentimus,

4 ſed exſuperantias:

5 tanquam ſenſu velut medietate quadam exiſtente eius, quæ in ſenſibilibus, contrarietatis. Et propter hoc di-

ſcernit, ac iudicat ſenſibilia; medium enim iudicatorium eſt.

6 Fit enim ad vtrunq; ipſorũ alterum vltimorum.

gibilium qualitatũ medio verſatur, extremas dumtaxat qualitates ſenſus tactus diſcernet, ac iudicabit. 6 Vtrique enim extremorum oppoſitum quodãmodò exiſtens medium vtrumq; potentia continens facilè ab vtroque pati, ac moueri poteſt.

Tex. 119.

1 Et vt oportet id quod debet ſentire album, & nigrũ, neutrum ipſorum eſſe actu, potentia vno vtrumque, ſic autem & in alijs,

2 ita & in tactu neque calidum, neque frigidum.

Atque vt 1 ſenſorium, quod album, nigrumq; recipere aptum eſt, neutrum ipſorum actu, ſed potentia vtrumque eſſe oportet, & in cæteris ſenſorijs eodem modo: 2 ſic & in tactu, nec eoſdem caloris, aut frigoris gradus ſuapte natura obtinet ſenſorium, quos actu in eo ſuſcipi, atq; à ſenſu percipi contingit.

Tex. 120.

1 Amplius autem ſicut viſibilis, & inuiſibilis eſt quodammodo viſus, ſimiliter autem & reliqui oppoſitorum,

2 ſic & tactus tangibilis, & intangibilis.

3 Intangibile autem eſt paruam omnino habens differentiam tangibilium, quomodo ſe habet aer,

4 & tangibilium exſuperantiæ, vt ea, quæ corruptiua ſunt.

5 Secundum igitur vnumquemque ſenſum dictum eſt figura.

Sed vt 1 aliquando hunc de ſenſu tactus ſermonem concludamus, exiſtimãdum eſt, quemadmodum viſus viſibile, & inuiſibile quodammodò percipit, cæteriq; ſenſus oppoſita ſimiliter obiecta, 2 ſic etiam tactum & tangibile, & non tangibile ſentire. 3 Dico autem non tãgibile, aut id, quod exiguam admodũ tangibilium differentiam habet, quemadmodum aer, 4 aut id, quod tangibilium exceſſum obtinet, ſenſumque deſtruere aptum eſt. Vtrumq; enim à ſenſu ægrè perceptum haud tangibile dicitur. 5 Atque hæc de vnoquoque ſenſu, quatenus ab obiecto paſſibilis eſt, leui quadam, & confuſa deſcriptione dicta ſint.

Iam

Iam verò, vt perfectam ſenſitiuæ animæ cognitionem habeamus,[a] quoniam vnumquemque ſenſum in eo conſiſtere diximus, quòd tale potentia ſit, quale actu obiectum eſt, quomodo nunc ſenſus communiter ſumptus in actum ab obiecto reducatur, & ab eodem patiatur, explicandum eſt.

Exiſtimandum [1] ergò eſt, id omnibus ſenſibus competere,[a] vt cùm patiuntur ab obiectis, eorum formas abſque materia ſuſcipiant, hoc eſt, ſpecies ſenſibiles, quæ & proprium, à quo emanant repræſentantes obiectum, & in ſenſorio abſque materialibus obiecti qualitatibus receptæ immateriales dicuntur.[2] Nam quemadmodum cæra imaginem, ſiue figuram annuli ſuſcipit abſque auri, aut æris materia, in qua ineſt imago;[3] neque enim auream, aut æneã accipit figuram, vt in auro, aut ære impreſſa eſt, propterea quod aureo, aut æneo ſigillo, quò ad imaginem tantummodò aſſimiletur, ſed non quò ad auri, aut æris diſpoſitiones, haudquaquam in cæra ad annuli ſuſcipiendam imaginẽ auri, aut æris diſpoſitionibus productis:[4] eadem ratione vnuſquiſque ſenſus patitur ab habente colorem, odorem, aut ſonum, non in quantum vnumquodque illorum dicitur, hoc eſt, non patitur à lapide colorato, in quantum

tum

a Philoponus.

Tex. 121.

1 Oportet autem vniuerſaliter de omni ſenſu accipere, quod ſenſus eſt id, quod eſt ſuſceptiuum formarum ſine materia.

a S. Thomas Themiſtius Simplicius Philoponus.

2 Vt cæra annuli ſine ferro, & auro recipit ſignum.

3 Accipit enim aureum, aut æreum ſignum, ſed non in quantum aurum, aut æs.

4 Similiter autem & ſenſus vnuſquiſq; ab habente odorem, aut ſaporem, aut ſonſi patitur, ſed non in quantum vnumquodq; illorũ dicitur,

tum lapis, neque à melle dulci, in quan tum mel, propterea quod materiales in ſenſorio qualitates coloris, aut mellis non producuntur, 5 ſed patitur ſenſus ab illis ſecundum rationem, & formã, quatenus colorem, aut ſaporem habet. Senſibili enim ſecundum formã ob ſpeciei ſenſibilis receptionem aſſimilatur ſenſus, minimè autem ſecundum materiales diſpoſitiones; quandoquidem ſi materialis coloris diſpoſitiones producerẽtur, haudquaquam in ſenſorio ſpecies ſenſibilis, ſed materialis reciperetur color. Atque hinc accidit ſenſum quoniam obiecti formam ſuſcipiens eaſdem minimè diſpoſitiones patitur, quę in obiecto, atq; materia exiſtentem formam conſequuntur, rectè cenſeri formam abſque materia ſuſcipere, à ſenſibilibus dumtaxat ſpeciebus immutatũ, quæ ipſum repræſentãt obiectum. Etſi .n. ſenſoriũ tactus tãgibilis formam, ſeu ſpeciem ſuſcipiens materiales quoque patiatur qualitates, attamen eas, non quatenus ſenſu præditum eſt, qui ab obiecto in actũ reduci poteſt, ſed quatenus naturale quoddam corpus à quocunq; agente proximo tranſmutari aptum ſuſcipit. Adde etiam quod, nec ſenſorium tactus tangibilis obiecti excitans forma ſimiles inducit affectiones, quas in obiecto habet. Ex quibus manifeſtum

5 ſed in quantum huiuſmodi, & ſecundum rationem.

nifeſtum eſt ſenſum eatenus ab obiecto pati, atque in actum reduci, quatenus immateriales ab ipſo formas, ſeu ſpecies ſenſibiles ipſum repræſentãtes obiectum ſuſcipit, quibus verè obiecto ſimilis factus proprium de eo iudicium promit, ac fundit.

At [1] primum, ac præcipuum ſenſorium, quod ſpecies ab obiecto ſenſibiles patitur, id eſt, in quo potentia ineſt quæ formarum ſine materia ſuſceptiua eſt. [2] Quare etſi ſenſorium, ac potentia vnum ſubiecto ſint, ratione tamen, atq; eſſentia diſcrepant. [3] Nam ſenſorium magnitudo quædã corporea eſt, haudquaquam vero forma, ac ſenſitiui ratio. [4] At ſenſus magnitudo nõ eſt, ſed potius forma, ac ratio, & facultas cui ſenſorium ad ſenſibiles edendas, atque recipiendas operationes inſeruit.

Ex his [1] manifeſtum eſt propter quã cauſam excellentia ſenſibilia corrumpant, ac deſtruãt ſenſoria. Etenim ſenſus in ſenſorio ineſt, quod primarum qualitatum proportionem quandam, & moderationẽ habens eam ſuapte natura ſpeciem ſuſcipere aptum eſt, quæ moderata ipsũ motione afficiat, & quaſi quodam ſalutari pruritu excitet ſenſum ad proprium dignoſcendum obiectum. [2] At ſi admodum excellens fuerit ſenſibile, ac vehementem imprimat

Tex. 122.

1 Senſorium autem primum eſt, in quo huiuſmodi potentia.

2 Eſt igitur idem, ſed eſſe alium eſt.

3 Magnitudo enim quædam erit id, quod ſentit, non tamen eſt ſenſitiuo eſſe.

4 Neque ſenſus magnitudo eſt, ſed ratio quædam, & potentia illius.

Tex. 123.

1 Manifeſtum autem ex his, & propter quid ſenſibilium exſuperantiæ corrumpunt ſenſoria.

2 Si namq; ſit fortior ſenſorio motus, ſoluitur ratio; hoc autem erat ſenſus.

Digitized by Google

ſpeciem,quę validum in ſenſorio cauſet motum ob nimiam euocatam ſpirituum copiam,aptam eius temperiem, ac proportionem diſſoluit, quam in ſenſorio exiſtens potentia requirit, vt & facilè ab obiectis pati, & rectè operari queat. 3 Idem accidit in cythara, aliiſq; inſtrumentis,cum acriori, ac perturbato quatiuntur motu, tum enim apta chordarum ſoluitur temperies, omniſque deſtruitur concentus, & harmonia.

3 Sicut & conſonantia, & tonus percuſſis fortiter cordis.

Atque [1] manifeſtum id quoque ex dictis eſt, propter quid plantæ quandam animæ obtinentes partem, & ab ipſis tangibilibus qualitatibus, cum incaleſcunt, ac frigeſcunt patientes, non ſentiant [2] Cauſa enim eſt, quia nec mediocritatem, ac proportionem qualitatum habent, quam operantes requirunt ſenſus ob terream, quam à natura ſunt portionem adeptæ, [3] nec ſenſitiuas idcirco obtinent potentias, quæ immateriales dumtaxat ſenſibilium formas recipere, ac iudicare aptæ ſunt, ſed materiali ſemper modo patiuntur, & rerũ formas qualitatibus materialibus affectas neceſſario ſuſcipiunt.

Tex 124.

1 Et propter quid plantę non ſentiunt, cum habeant quandam partem animalem,& patiantur à tangibilibus: etenim frigeſcunt, & caleſcunt

2 Cauſa enim eſt, non habere medietatem,

3 neque huiuſmodi principium, vt poſſint recipere formas ſenſibilium, ſed pati cũ materia.

Dubitabit [1] autem aliquis, vtrum id, quod ſenſu deſtitutum eſt, ab aliis ſenſibilibus pati queat, vt ab odore, quod caret olfactu, à colore, quod non habet viſum, & à ſono, quod eſt priua-

Tex 125.

1 Dubitabit autem aliquis, ſi patiatur aliquid ab odore, quod non poteſt olfacere, aut à colore, quod non poteſt videre, ſimiliter autem & in aliis.

priuatum auditu. Sed vere id, quod ali quo ex his ſenſibus caret à proprio ſenſibili, vt ſenſibile eſt pati nequit, nihil enim ab odore, quà odor eſt patitur, niſi olfactum habeat.[2] Nam odor quid olfactibile eſt, & quatenus odor olfactum mouet, quare id quod actionem odoris, in quantum odor, ſuſcipit, ſenſu olfactus præditum eſt.[3] Quæ igitur olfactu carent ab odore pati, atq; immutari nullo modo poſſunt.[4] Eadem vero, & in alijs ſenſibilibus ratio eſt, [a] vt nihil à ſenſibilibus, quatenus ſenſibilia ſunt, pati queat, niſi ſenſum obtineat, qui ſuſcepta iudicare ſenſibilia, ac diſcernere poſſit.

Præterea [1] hoc idem experientia manifeſtũ eſt. Neque enim lumen, ac tenebræ, neque ſonus, & odor, quatenus ſenſibilia ſunt, atque immateriales ad ſenſationem efficiẽdam ſpecies emittunt, corpora immutant, quæ ſenſu deſtituta ſunt, [2] ſed alijs id agentibus adnexis efficiunt. [3] Quemadmodũ in tonitruo accidit, in quo minimè ſonus, eiuſq; ſpecies, ſed aer violentià motus ſubiecta ſcindit, frangitq; corpora. Etſi enim lumen, quod eſt ſpecies corporis lucidi corrumpat interdum, ac deſtruat ſenſorium viſus, aliaq; etiam inanimata alteret corpora, id tamen non quatenus ſenſibile eſt, ſed ob exceſſum ma-

2 Si autẽ olfactibile ſit odor, ſi quid facit olfactũ, in quatum odor eſt, facit.

3 Quare non potentium olfacere, nihil pati poteſt ab odore.

4 Eadem autem ratio & in alijs, neque potentium, niſi in quantum vnumquodq; ſenſitiuum.

a S. Thomas.

Tex. 126.

1 Simul autem manifeſtum eſt & ſic, neque enim lumen, & tenebræ neque odor quicquam facit in corpora,

2 ſed ea, in quibus eſt,

3 Vt aer, qui cum tonitruo findit lignum.

Digitized by Google

4 Sed tangibilia & ſapores faciunt.

gnitudinis, atq; intenſionis præſtat. 4 Secus accidit in qualitatibus tangibilibus, ac ſaporibus, quatenus tangibiles ſunt. Quia.n.hæ qualitates, cum ſenſibilibus ſpeciebus emiſſis tactiuam immutant potentiam, naturale corpus neceſſario tangunt, ex quo exiſtente contactu, alijſq; omnibus ad realem actionem, ac paſſionem requiſitis, & tangentes qualitates agere, & naturale pati corpus, ac tranſmutari oportet, mirum non erit, ſi ad corpora, quæ ſenſu carent qualitatibus tangibilibus applicatis, ab ijs, quatenus medio contactu ſenſibiles ſunt, realis mutatio proueniat. 5 Et quidem ſi ab his qualitatibus haudquaquam per ſe inanimata paterentur corpora, quid vtiq; eſſet à quo alterari, ac tranſmutari poſſent? Neceſſe ergò eſt, tangibiles qualitates, vt medio contactu ſenſibiles ſunt, naturalia alterare corpora, cætera autẽ ſenſibilia ob adnexa tantummodo agentia, ac ſenſibilium conditionum exceſſum corpora tranſmutare apta eſſe.

5 Si enim non, à quo vtique paterentur inanimata, & alterarentur?

Tex. 127.

1 Ergone & illa faciunt?

2 An non omne corpus paſſiuum eſt ab odore, & ſono, & patiẽtia indeterminata ſunt, & non manent, vt aer?

Obijcies 1 non ne alia ſenſibilia, quatenus ſenſibilia ſunt inanimata immutant corpora? Nam etſi non omnia corpora ab odore, ac ſono pati poſſint, ea tamen patiuntur, quæ nullũ propè terminum, ac ſtatum habent, perpetuoq; fluunt, quemadmodum aer, & aqua.

Facilè

5 Facilè enim ab obiecto patitur aer, atque odorem ſenſibili ſpecie ſuſcepta refert. 4 At quid aliud eſt odorem ſentire, quam ſpeciem odoris pati, ac recipere? Verum commode hæc diluitur obiectio, 5 ſi dicamus, vt aliquid ab odore immutetur, ſatis non eſſe, ſi ſpeciem odoris patiatur, ſed oportere omnino, vt inexiſtens anima odoris ſpecie ſuſcepta proprium de eo iudicium promat, ac fundat. 6 At aer ſenſitiua carens anima, non ſic ab odore patitur, vt illum percipiat, ac iudicet, ſed ſenſibilis tantummodo fit, quatenus, vt medium, ſenſibiles ab obiecto ſpecies promanantes ad ſenſoriū tranſmittit. Quapropter nullum corpus, quod ſenſitiua careat anima, patitur, atq; immutatur à ſenſibili, quatenus ſenſibile eſt, ſed id ſolum, quod actu ſentiens ab eo conſtitui poteſt.

Quoniam ex dictis quomodo ſenſus ab obiecto patiatur, manifeſtum eſt, vt plenius animæ partē ſenſitiuam cognoſcamus, eiuſq; potentiæ innoteſcant magis, aſſignatos dumtaxat exteriores ſenſus eſſe, atq; alium excogitari nullo pacto poſſe demonſtrandum eſt. Alium 1 ergò ſenſum præter eos, quos diximus, viſum, auditum, olfactum, guſtum, & tactum haudquaquam eſſe facilè probari poteſt. Nam ſi alius eſſet

3 Olet enim tanquam paſſus aliquid.

4 Quid igitur eſt odorare, præter pati aliquid?

5 An odorare ſentire eſt?

6 Aer autem paſſus mox ſenſibilis fit.

Tex. 128.

1 Quod autem non ſit ſenſus alius præter quinque, dico autem hos, viſum, auditum, olfactum, guſtum, & tactum ex his credet aliquis,

Digitized by Google

ſet ſenſus, vel ijs quos enumerauimus eſſet ſimilis, eiuſdemq; rationis, nempè ſi, aut alium diceremus viſum, aut alium auditum, & ſic in reliquis, vel diſſimilis, ac diuerſæ rationis eſſet; at poſſibile neutrum eſt, ergò aſſignati dumtaxat ſenſus exteriores ſunt. Et quidē alium eiuſdem rationis ſenſum non eſſe, ſic probo. Si duo eſſent tactus (idem verò, & in alijs ſenſibus intelligere oportet, quos duplicatos non eſſe magis clarum eſt) id maximè contingeret, quia vnus tactus aptus non eſſet omnia obiecta percipere. 2 At id falſum eſt, quoniam perfectè conſtituta animalia eodē operandi modo omnia percipiunt obiecta, quæ ſenſu tactus percipi queunt, 3 omnes enim tangibiles qualitates, vt tangibiles, medio tactu ſenſibiles videntur, vnus ergò tantummodò ſenſus tactus eſt, idemq; in alijs ſenſibus contingere cenſendum eſt. 4 Quare ſi aliquis deeſt ſenſus, diuerſæ rationis erit ab ijs, quos obtinemus, & diuerſum proinde ſenſorium habebit, quo vt inſtrumento ad ſuas obeundas operationes vtatur. 5 At aliud ſenſorium non eſſe ab ijs, quæ perfectè conſtituta animalia nacta ſunt, clariſſimè oſtendi poteſt. Nam deficiente ſenſorio, & medium quoq; deficiet, ſed medium non deficit, ergò nec ſenſorium. Manifeſta eſt maior

2 **Etenim omnis eius, cuius eſt ſenſus tactus, etiam nunc ſenſum habemus.**

3 Omnes enim tangibilis, in quantum tangibile, paſſiones tactu nobis ſenſibiles ſunt.

4 Neceſſeque ſi quidem deficit aliquis ſenſus, & ſenſorium aliquod nobis deeſſe.

ſi omne medium, quo perficitur ſenſatio, internum, aut externum eſſe ponamus.

Etenim 1 quæcunque interno dumtaxat exiſtente medio tangendo ſentimus, inſito ſenſorio tactus percipimus, cui guſtus quoque ſenſorium adnexum eſt. 2 At quæcunque alia ſenſibilia exterioribus intermedijs, nempè aqua & aere ſentimus, & viſus, & auditus, atq; olfactus ſenſorijs cognoſcimus. 3 Sic autem hæc ad ſenſoria ſe habent media, vt ſi per vnum & idem medium plura ſenſibilia diuerſa genere ſentiantur, neceſſe ſit id, quod ſenſibilia per ipſum delata medium ſentire queat, eidem ſimile obtineat ſenſorium in ea ratione, ſecundum quam ſenſibilia deferre aptum eſt, 4 ac proindè ſi per aerem ſentiatur odor, & ſonus, id ſenſorium, quod aut odorem, aut ſonum ſuſcipit, medio ſimile ſit, aeriſq; naturam participet. 5 Quod ſi idem ſenſibile per plura media ſentiatur, vt color per aquam, & aerem, id quod ſenſibile per vtraque delatum media percipit, ſenſorium alteri horum mediorum ſimile, amborum ſpectata perſpicuitate habebit. Ea.n. inter medium, ac ſenſorium connexio eſt, vt omnia quæ recipiuntur in medio, ſecundũ eam rationem, ſecundum quam ſimile ſenſorio eſt, ab exiſtente in ipſo facultate

Tex. 129.

1 Et quæcunque quidem ipſi tangentes ſentimus, tactu ſenſibilia ſunt, quem habemus.

2 Quęcunq; vero per media, & non ipſa tangentes, ſimplicibus, dico autem, vt aere, & aqua.

3 Habet autem ſic, vt ſi quidem per vnum plura ſenſibilia ſint exiſtentia diuerſa abinuicem genere, neceſſe ſit habentem huiuſmodi ſenſorium, vtrorumque ſenſitiuum eſſe.

4 Vt ſi ex aere ſit ſenſorium, & eſt aer & ſoni, & odoris.

5 Si verò plura eiuſdem ſint, vt coloris, & aer, & aqua; vtraque enim perſpicua, & qui alterum ipſorum habet ſolum, ſentiet id, quod per vtraque.

Digitized by Google

tate cognoſcantur. Quare cum aer, & aqua triplici dumtaxat ratione ſint apta ſenſibilia deferre, & ratione perſpicuitatis, qua deferunt colorem, & ratione mobilitatis, qua peruehunt ſonum, & ratione humiditatis, qua tranſmittunt odorem, tribus dumtaxat viſus, auditus, atque olfactus ſenſorijs, ad omnia ſuſcipienda ſenſibilia, quę remota percipimus, inſeruiunt. Hæc igitur cum ita ſint, manifeſtum eſt, quod ſi aliud cōcedere ſenſorium oporteat, & aliud quoque fateri medium neceſſe erit.

At nullum deeſſe medium, ſi de externo loquamur, neque enim de interno oriri poteſt dubium, ſic probare aggredior.

Tex. 130.

1 Et ſimplicibus autem duobus his ſenſoria ſolum ſunt, ex aere, & aqua.

2 Pupilla enim aquæ, auditus vero aeris, olfactus autem horum alterius eſt.

3 Ignis autem, aut nullius eſt, aut communis omnibus, nihil enim ſine calore ſenſitiuum eſt.

4 Terra verò aut nullius eſt, aut in tactu maximè miſcetur.

Nam [1] in ſenſorijs ſimplicia dumtaxat elementa aer, & aqua prædominari poſſunt; [2] ſiquidem in pupilla aqua, in auditu aer, & in olfactu aer, & aqua ratione humiditatis prędominium habēt, ſi de ſenſorijs adnata complectētes media loquamur. [3] Etenim ignis ob maximam actiuitatem in nullo prędominatur ſenſorio, aut omnium cōmunis eſt, perinde ac inſtrumento ad quamlibet ſenſationem efficiendam requiſito calore. [4] Terra autem ob craſſitiē, ac denſitatem, aut nullius ſenſorij propria eſt, aut ſolius tactus, qui interno ſolum medio ſenſibilia ꝑcipit. Etſi enim in tactu haud

Digitized by Google

haud ſimpliciter dominetur terra ad ſenſationem inepta, maiorem tamen, quã alia ſenſoria, terræ portionem obtinet. 5 Ex quibus manifeſtum eſt, nullũ ſenſorium eſſe præter ea, in quibus aer, aut aqua dominantur. Quoniam igitur id medium conſtituendum videtur, cui ſimile ſenſorium eſt, atque ſimplex aliud elementum ab iis, quæ ſunt, reperiri diſtinctum nequit, haudquaquam aliud excogitari poterit mediũ præter aquã, & aerem, quod inſeruire ad ſenſibilia remota ſuſcipienda poſſit. 1 Quare, & nullum perfecte conſtitutis animalibus deerit ſenſorium, quo ad ſenſiles edendas operationes vtantur, atque omnes proinde ſenſus exteriores habebunt, quos perfectam eorum conſtitutionem intendens moliri potuit natura. Vt certius affirmari hæc poſſunt. Nã quibuſdam animalibus, vt perfectis ea, quæ diximus competunt ſenſoria, 2 animalia ergo, quæ nec imperfecta ſunt, nec aliquem habent defectum omnes obtinent ſenſus. 3 Etenim talpa, a quæ perfectum in ſuo genere videtur animal, oculos membrana quadam obtectos habet, ac præſentia obiecta, etſi obſcure ac diminute conſpicit. 1 Quapropter manifeſtum eſt, quoniam ea dumtaxat, quæ modo aſpicimus elementa ſunt, atque prima ſolum existi-

5 Quapropter relinquitur iã nullum eſſe ſenſorium præter aerem, & aquam.

Tex. 131.

1 Hæc autem, & nunc quædam habent animalia.

2 Omnes igitur ſenſus habẽtur à non imperfectis, neque mutilatis.

3 Videtur enim & talpa ſub pelle habere oculos.

a Simplicius.

Tex. 132.

1 Quare ſi non eſt aliud aliquod corpus, & paſſio, quæ nullius ſit eorum, quæ ſunt hic, corporum, nullus vtiq; deficiet ſenſus.

exiſtunt qualitates, quibus inuicem agere, ac pati queunt; eos tantummodo exteriores ſenſus eſſe, quibus perfecte conſtituta animalia prædita eſſe videntur.

At verò [1] nec putet quiſpiã ſenſibilia communia, vt motus, quies, figura, magnitudo, numerus, & vnum, quæ per ſe, & non per accidens ab vnoquoque ſenſu percipiũtur, ſuſceptiuum propriũ ſenſorium, ac peculiarẽ ſenſum cognoſcitiuum habere.[a] Nam id quod per ſe, & non per accidens à pluribus ſenſibus percipitur, ab vno tantummodo ſenſu per ſe cognoſci non poteſt: at ſenſibilia communia per ſe à pluribus ſenſibus externis cognoſcuntur; ergo proprium haudquaquam habent ſenſum, à quo per ſe cognoſci debeant. Minor probatur, etenim id ſenſibile per ſe ab aliquo ſenſu percipitur, quod ipſum propria immiſſa ſpecie immutat, ſic enim vere, ac propriè ſibi ſenſum aſſimilat obiectum. Senſibilia autẽ communia percipiuntur à pluribus ſenſibus ob proprias, quas emittunt ſpecies. Exiſtimandum enim eſt ſenſibile commune propriam in ſenſorio ſpeciem efficere, quæ vt materia ſe habet ad ſpeciem ſenſibilis proprij, & ad eam veluti ad formam, ac finem ordinatur, ergo ſenſibilia communia per ſe à pluribus ſenſibus externis

Tex. 133.

1 At verò neq; communium poteſt eſſe ſenſoriũ aliquod proprium, quæ vnoquoque ſenſu ſentimus, non ſecundũ accidens, vt motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius.

a Themiſtius Simplicius Philoponus.

cognoſcuntur. Nam motus alterando ſenſum propria immiſſa ſpecie ſentitur, ſiquidem eius perturbatur viſio, qui crebros aſpexerit gyros. 3 Magnitudo & ob propriam quoq; ſpeciem afficientem ſenſum percipitur, viſus enim, & à maxima niuis copia in agro cõſpecta, & ab interminato agrorum proſpectu detrimentum patitur. 4 Eodem modo; & figura terminatam ſequens magnitudinem ſentitur, eò quod à ſuperficie nõ differens magnitudo quędã ſit. 5 Quies vero cum fixa, & conſtans ab obiecto imprimitur affectio, percipitur. 6 At numerus ob plures magnitudines, aut plura etiam ſenſibilia propria in eadem exiſtentia magnitudine, interrupta, atque interciſa ad ſenſũ pertingente affectione cognoſcitur. 7 Vnuſquiſque autem ſenſus vnum per ſe cognoſcit. 8 Quapropter manifeſtum eſt ſenſibilia communia proprium haud ſenſum habere, à quo debeant ex neceſſitate cognoſci. Et quidem ſi ab aliquo ſenſu proprio ſenſibilia communia perciperentur, ab alijs ſenſibus ea per accidens ſentiri cõtingeret, perinde ac dulce, quod cum proprium guſtus obiectum ſit, per accidens à viſu cognoſcitur. Sæpe enim id, quod flauo prædictum colore eſt, illico eſſe mel pronunciamus. 1 Hoc ve-

3 Vt magnitudinem motu.

4 Quare & figuram, magnitudo enim quædam, & figura eſt.

5 Quieſcens autem, eò quod non mouetur.

6 Numerus verò negatione continui, & proprijs.

7 Vnuſquiſque autem ſenſus vnum cognoſcit.

8 Quare manifeſtum eſt, quòd impoſſibile eſt cuiuslibet horum proprium eſſe ſenſum, vt motus.

Tex. 134.

10 Sic enim eſſet, vt nunc viſu dulce ſentimus.

1 Hoc autem eſt, quoniam amborum habemus ſenſum.

quo, cum concurrunt, cognoſcimus.
a Themiſtius Simplicius Philoponus.

3 Si vero non, nequaquã vtique niſi ſecundum accidens ſentiremus, vt Cleonis filiũ, non quia Cleonis filius eſt, ſed quia albus, huic autem accidit, vt Cleonis filius ſit.

4 Communium autẽ iam habemus ſenſum communem, non ſecundum accidens.
5 Non igitur eſt proprius.

6 Nequaquam enim vtique ſentiremus, niſi ſic, vt dictum eſt Cleonis filium nos videre.

7 Adinuicem autem propria ſecundum accidens ſentiunt ipſi ſenſus, non ſecundum quod ipſi ſunt,

ro ſic accidit. a Cum dulce aliquid guſtus percipit, flauumq; id viſus eſſe aduertit, tàm dulcedinis, quàm flaui coloris ſpecies in interiori ſenſus communis potentia reponuntur. Quare ſi viſus flauo aliquid colore præditum aſpexerit, ipſum vtique dulce interior ſenſus communis potentia iudicat, propterea quod prius flauum colorem, ac dulcedinem in eodem ſubiecto cognouit. 3 At verò ſi communia ſenſibilia haudquaquam per accidens perinde, ac dulce ſentimus, non vtique per ſe, ſed per accidens, vt Cleonis filium, cognoſcimus. Hunc enim per ſe ab interiori aliqua potentia cognitum, non quidem, vt Cleonis filium, ſed vt album percipimus, cui accidit eſſe Cleonis filium. Quare ſi communia ſenſibilia proprium haberent ſenſum, altero ex his modis ab exterioribus ſenſibus per accidens ſentiri oportet. 4 Senſibilia autem communia à pluribus ſenſibus per ſe, & non per accidẽs cognoſcuntur, 5 ergò proprium non habent ſenſum, à quo per ſe debeant cognoſci, 6 & ſi haberent, eodem modò ab alijs ſenſibus perciperentur, quo viſu, aut Cleonis filium cognoſcimus, aut exiſtens ſentimus dulce. 7 Ex his patet exteriores ſenſus per accidens propria viciſſim obiecta percipere, non quidem, vt ſenſus videntur, neque enim ea iudicant,

çant, quorum propriã non habent ſpeciem, [8] ſed vt communi ſubſtãt ſenſui, qui exteriorum ſenſuum obiecta ſuſcipere, ac diſcernere aptus eſt. Cũ enim ſenſus propria cognoſcunt obiecta, quę in eodem exiſtunt ſubiecto, eorum ſpecies ad communem ſenſum demandantur: tempore autem procedente, ſi aliquis ſenſus à proprio immutetur obiecto, cui aliorum ſenſuũ adhærent obiecta, ipſum communis ſenſus percipiens, à quo per ſe mouetur, de alijs quoq; ſimul iunctis enunciat obiectis, quę prius à ſimplicibus ſenſibus cognita percepit. Id exemplo bilis manifeſtum fieri poteſt. [9] Cum enim viſus flauam aſpicit bilem, ſenſus communis eandem eſſe amaram iudicat, propterea quod guſtus ipſam aliquando ſimul cum viſu amaram eſſe deprehendit. [10] Neque enim vllus ex ſenſibus exterioribus hæc duo ſimul obiecta percipit, ſed viſus quidem flauum aſpicit colorem, guſtus autem amarum ſaporem ſentit. [11] Quapropter ſæpè communis decipitur ſenſus, cum à ſpecie flaui coloris immutatus repente id, quod flauo præditum colore eſt, eſſe bilẽ iudicat. Etſi enim non decipiatur in diſcernẽdo obiecto à quo actu mouetur, de eo tñ iudiciũ ferens, qđ ipſi adhæret, propriamq; haud emittit ſpeciem, facillimè poteſt decipi.

Sed

8 ſed ſecundum quod vnus, cum ſimul ſit ſenſus in eodẽ.

9 Vt quod bilis quidem amara eſt, & flaua.

10 Non enim alterius eſt dicere, quod ambo vnum.

11 Quapropter & decipitur, & ſi ſit flauum, bilem eſſe opinatur.

Sed [1] illud à nobis inquiret quiſpiã; [a] quam ob cauſam plures natura ſenſus ad communia ſenſibilia percipienda; haudquaquam verò vnum conceſſit. [2] Reſpondeo id eo inſtituto feciſſe naturam, vt minus communia ſenſibilia magnitudo, motus, ac numerus laterent, eaq; facilius à proprijs ſenſibilibus diſtingui perciperemus. [3] Etenim ſi vnus tantummodo ſenſus, vt viſus, qui colorem ſuapte natura cognoſcit, ſenſibilia communia ſentiret, minus vtiq; aduerteret ea, atque à ſenſibili proprio minimè differre putaret. [4] Semper namque magnitudinem, & colorem ſimul iuncta reſpiciens viſus eorum differentiam aduertere non poſſet, ſicque & in alijs ſenſibilibus accideret. [5] Quoniam verò à pluribus ſenſibus communia ſenſibilia percipiuntur, pluraq; ad ea cognoſcenda iudicia conſpirant, propria verò vni cum dumtaxat reſpiciunt ſenſum, eiuſque iudicium patiuntur, ab vnoquoq; proprium diſtingui putamus.

Sed vt pleniorem ſenſitiuæ animæ cognitionem habeamus, ijs, quæ ad exteriores ſenſus in ordine ad obiecta cognoſcendos pertinent, explicatis, [a] an preter eos interiorem aliquem fateri ſenſum oporteat inueſtigandum eſt.

Quoniam [1] igitur nos audire, ac videre, & vnamquamq; ſenſilem operationem

Tex. 135.

1 Inquiret autem aliquis cuius cauſa plures habeamus ſẽſus, ſed non ſolum vnum.

a *Simplicius Auerroes Philop.*

2 An vt minus lateant conſequentia, & communia, vt motus, & magnitudo, & numerus.

3 Si enim eſſet viſus ſolus, & ipſe albi, laterent vtiq; magis, & viderentur idem eſſe omnia,

4 propterea quod conſequũtur ſe inuicem ſimul color, & magnitudo.

5 Nunc autem, quoniam in alio ſenſibili cõmunia ſunt, manifeſtum facit, quod aliud quiddam vnumquodque ipſorum eſt.

a *S. Thomas Auerroes.*

Tex. 136.

1 Quoniam autem ſentimus, quod videmus, & audimus, neceſſe eſt, aut viſu ſentire, quod videt, aut alio.

Digitized by Google

tionem exercere cognoſcimus, neceſſarium eſt, aut viſu nos cognoſcere, qđ videmus, aut alia quadã potentia. Et quidẽ aliã neceſſariã non eſſe potentiã, quæ viſus operationem cognoſcat, ſic probare aliquis poſſet. 2 Si alia potentia à viſu diſtincta nos videre cognoſcimus, eadem certè potentia colorem, & viſionem percipiet, cum ſenſatio abſq; obiecto, ad quod eſſentialiter ordinatur, percipi nequeat. 3 Quare aut abſurdum fatẽdum eſt duas potentias diuiſas vnũ, & idem obiectum percipere, aut eandem potentiam propriam poſſe operationem cognoſcere, neceſſaria ergò nõ erit potentia à viſu diſtincta, quæ viſionem cognoſcat. 4 Præterea ſi alter ſenſus viſionem cognoſcit, aut erit proceſſus in infinitum, aut aliquis ſenſus propriam operationem cognoſcet. Manifeſtum hoc eſt: nam vel ſenſus à viſione diſtinctus propriam percipit operationem, vel non. Si percipit, ergo erit aliquis ſenſus propriã cognoſcens operationem. Si vero non percipit, alius ab eo ſenſus diſtinctus erit, ad quem eius cognoſcere operationem ſpectat, ſicq; de alijs in infinitum accidet. Quare dicendum eſt, aut dari proceſſum in infinitum, aut eundem ſenſum propriam poſſe operationẽ cognoſcere: ſed proceſſus in infinitum abſurdus eſt, ergo datur

2 Sed idem erit ipſius viſus, & ſubiecti coloris.

3 Quamobrem aut duo eiuſdem erunt, aut ipſe ſui ipſius

4 Amplius autem, ſi & alius ſenſus ſit ipſius viſus, aut in infinitum procedet, aut ipſe aliquis ſui ipſius erit.

Digitized by Google

tur ſenſus, qui propriam poteſt operationem cognoſcere. 5 Hoc autem ſi verum eſt, ipſum vtique viſum propriam poſſe viſionem percipere concedendum eſt.

5 Quare in ipſo primo hóc faciendum eſt.

At 1 viſum propriam haud viſionem cognoſcere, hoc vno probari poſſe argumento videtur. 2 Nam viſu ſentire nil aliud eſt, quam videre, ſi igitur viſu ſentimus nos videre, viſu nimirum videmus nos videre, at nihil videtur niſi color, aut id quod colorem habet, ſi ergò quis viſum, ipſamq; viſionem videt, colorem habebit viſus, ipſaque viſio, qua primum oblatum colorem vidit. Hoc autem quoniam abſurdum eſt, & ipſum vtiq; viſum propriam videre viſionem abſurdum erit.

Tex. 137.

1 Habet autem dubitationē.

2 Si enim viſu ſentire, videre eſt, videtur autem color, aut habens colorem, ſi videbit aliquis id, quod eſt videns, & colorem habebit, quod videt primum.

Propoſitam 1 difficultatem ſic diluendam cenſeo, non eſſe vnum ipſum viſu ſentire, ſed duplex, aliudq; eſſe videre, aliud viſu dijudicare. Videre namq; propria eſt viſiuæ facultatis actio, viſu autē dijudicare ſuperioris virtutis, velut iudicis operatio exiſtit. 2 Hoc vel ex eo patet, quod cum nihil cernimus, tenebras, & lumen viſu dijudicamus. At non eodem modo, lumen enim, & obiecta cætera per ipſius particularis ſenſus actum ſentiuntur, tenebræ, ac priuationes reliquæ à ſuperiori virtute, hoc eſt ab intellectu deprehenduntur. Non tame

Tex. 138.

1 Manifeſtum eſt igitur, qđ non eſt vnum ipſum viſu ſentire.

2 Etenim cùm non videmus viſu diſcernimus & tenebras, & lumen, ſed non ſimiliter.

men ſine ſenſu, quia tunc intellectus priuationem cognoſcit, cum tentantem, & conantem ſenſum operari non poſſe animaduertit. Sic ergo exiſtimandum eſt ſenſationem non per ſe à proprio ſenſu, vt lumen, ſed à ſuperiori facultate, vt tenebras cognoſci, nec ab intellectu quidẽ, ſed ab interiori ſenſu, qui quoniam non operatur, niſi dum particulares operantur, non abſolutè dijudicare dicitur; ſed viſu dumtaxat operante, apprehendenteq; lumen, & colorẽ. Quod & de alijs vtiq; ſenſibus eodẽ modo aſſerendum eſt. [3] Præterea & viſiua facultas colore affecta quodammodo videtur, quatenus in ſenſorio, in quo ineſt ſpecies coloris recipitur. [4] Vniquodque enim ſenſorium eſt ſuſceptiuũ ſpeciei ſenſibilis abſque materia. [5] Vnde & obiectis ſenſibilibus abeuntibus eorum ſenſationes, comprehenſioneſq; manent in ſenſorijs ob ſpecies cõſeruatas, in quibus repræſentantur. Si igitur viſu vti diximus tenebræ iudicantur, quæ puram priuationem ſignificant, multo magis iudicari poterit eodem modo ſenſatio ipſa, quæ dicitur quoquo pacto colorata ab ipſo colore promanans, quem ſenſibilis offert ſpecies. Sed hic non erit inconueniens oſtendere, quomodo ſenſatio, quæ ſenſibilis naturam ſapit, & ad ſenſibile, & ad ſenſum ipſum relata

3 Amplius autem & videns tanquam coloratum eſt.

4 Vnumquodque enim ſenſorium ſuſceptiuum eſt ſenſibilis ſine materia.

5 Vnde & abeuntibus ſenſibilibus inſunt ſenſus, & imaginationes in ipſis ſenſorijs.

6 Ipſius auté ſenſibilis & ſenſus actus idem eſt, & vnus:

7 eſſe autem ipſorum non idem,

8 dico autem, vt ſonus ſecundum actum, & auditus ſecundum actum.

9 Eſt enim auditum habenté non audire, & habés ſonum non ſemper ſonare.

10 Cum autem operatur potens audire, & ſonat potens ſonare, tunc ſecundum actũ auditus fit ſimul, & ſecundũ actum ſonus,

11 quorum dicet vtique aliquis hoc quidem auditioné eſſe, illud verò ſonationem.

Tex. 139.

1 Si igitur motus, & actio, & paſſio eſt in eo, quod moue-

ſe habeat. [6] Sciendum ergo eſt vnum, & eundem actum eſſe, qui & à ſenſibili actu immutante ſensũ, & à ſenſu actu operante prouenit. Idem enim iudiciũ eſt, quod ab obiecti ſpecie in ſenſorio producta veluti finis ab vltimo complente, perficienteque actione prodit, & à facultate ſentiendi per ſenſibilis receptionem ſpeciei determinata elicitur: [7] etſi ratione differat, quatenus à ſenſu, & ab obiecto prouenit, quæ diuerſa, ac diſtincta agentia ſunt. [8] Hæc in ipſo auditu clara ſunt, cum & in actu videatur ſonus audiendi potentiam immutans, & in actu ſit auditus exiſtens iudicans obiectum. [9] Fieri enim poteſt, vt is, qui habet ſenſum auditus, non audiat, & id, quod ſonum edere poteſt, haudquaquã perſonet. [10] At cum audiendi facultatem habens operatur, ac præſens iudicat obiectum, atque id perſonat, quod eſt aptum efficere ſonum, tum & auditus, & ſonus in actu eſſe dicuntur, quatenus actualis ſenſatio fit, quæ & à ſenſu eliciente prouenit, & ad obiecti actionem, tanquam proprius finis, ac forma ſequitur. [11] Vnde nõ incongrue quiſpiã hunc actũ, vt à ſenſu prouenit, auditionem, vt vero ab obiecto fit, ſonationem dicet.

Sed vt [1] clarius appareant, quæ diximus, quoniam actio, & paſſio vnus,

& idem

& idem motus eſt, qui in eo, quod patitur, ac mouetur ineſt, ſonum, & auditum in actu eandem operationem ab ijs prodeuntem eſſe oportet, quæ in ſenſorio, in quo audiēdi facultas recipitur, inſit, ² Actiui enim, & motiui actus in patiente fit, vnde neceſſe non eſt id, quod mouet, in mouendo moueri. ³ Atqui ſonatiui actus ſonus, aut ſonatio eſt, & audiendi facultatis auditus, aut auditio, ⁴ quandoquidem id ſono, & auditui competat, vt actu, & potentia dicantur.

Idem ¹ quoque & in alijs ſenſibus, ac ſenſibilibus accidit. ² Quemadmodum enim actio, & paſſio in patiente eſt, haud vero in agente, ³ ſic & ſenſus, ac ſenſibilis actus in ipſo ſenſitiuo exiſtit. ⁴ Verum cum actus ſenſus, ac ſenſibilis ratione differat, aliquando propria, ac diſtincta habet nomina, vt ſonatio, & auditio; ⁵ aliquando verò non habet, vt in viſione patet, ⁶ actus enim viſus dicitur viſio, & guſtus guſtatio, at coloris, & ſaporis actus proprio caret nomine.

Ex his ¹ manifeſtum eſt, ª cum vna, & eadem ſit actio ſenſibilis, ac ſenſitiui, ratione tamen diuerſa, quemadmodum diximus, auditum, atque ſonum in actu perire ſimul, ac ſeruari, idemq; in guſtu, ac ſapore, & in alijs ſenſibus, ac ſen-

tur, & patitur; neceſſe eſt & ſonum, & auditu, qui eſt ſecundum actum, in auditu qui ſecundum potentiā, eſſe.

2 Actiui .n. & motiui actus in patiente fit: vnde non neceſſe eſt mouens moueri.

3 Sonatiui igitur actus ſonus eſt, aut ſonatio, auditiui autem auditus, aut auditio.

4 Duplex enim eſt auditus, & duplex ſonus.

Tex. 140.

1 Eadem autē ratio & in alijs ſenſibus, ac ſenſibilibus.

2 Sicut enim actio, & paſſio in patiente eſt, ſed non in agente,

3 ſic & ipſius ſenſibilis actus in ipſo ſenſitiuo exiſtit.

4 Sed in quibuſdam quidem etiam nominata ſunt, vt ſonatio, & auditio,

5 in quibuſdam autem innominatum eſt alterum.

6 Actus enim viſus viſio dicitur, coloris autem innominatum eſt, & guſtatiui guſtatio, ſaporis autem innominatum eſt.

Tex. 141.

1 Quoniam autem vnus quidē eſt actus ſenſibilis, & ſenſitiui, eſſe autem alterum, neceſſe eſt ſimul corrumpi, & ſaluari ſic dictum auditū, atque ſonum; & ſaporem igitur, atque guſtum, & alia ſimiliter.

ª *Auerroes.*

2 Dicta autem ſecundum potentiam neceſſe non eſt.

Tex. 142.

1 Sed priores naturales Philoſophi hoc non benè dicebant, qui neque album, neque nigrum ſine viſu, neque ſaporem ſine guſtu eſſe opinabantur.

2 Nam ſic quidem dicebant rectè, ſic autem non rectè.

3 Dupliciter enim dicto ſenſu, & ſenſibili, de alijs quidẽ ſecundum potẽtiam, de alijs verò ſecũdum actum, in his quidem accidit, quod dictũ eſt, in alteris autem non accidit.

4 Sed illi ſimpliciter dicebãt de dictis non ſimpliciter.

Tex. 143.

1 Si autem vox quædam conſonantia eſt,

a Simplicius Philoponus.

2 vox autem, & auditus eſt vt vnum, & eſt, vt non vnum, aut idem,

ſenſibilibus accidere. [2] At id neceſſe non eſt in ſenſu, ac ſenſibili, quatenus in potentia ſunt, euenire, cum & abſque viſu color, & abſque auditu ſonus eſſe queant.

Quapropter [1] haud rectè veteres naturales Philoſophi exiſtimarunt, nec album, nec nigrum ſine viſu, nec saporẽ ſine guſtu, reliquaue ſenſibilia abſque proprio ſenſu exiſtere non poſſe opinantes. [2] Nam partim quidem rectè cenſebant, partim verò prorſus errabant. [3] Cum enim ſenſus, ac ſenſibile dupliciter dicantur, & potentia, & actu, id quod dictum modo eſt, in ſenſu, ac ſenſibili in actu euenire certum eſt, in ſenſu verò, ac ſenſibili in potentia contingere nullo modo poteſt; quandoquidẽ & ſenſus hoc modo ſumptus, & ſenſibile abſq; ſenſu exiſtere poteſt. [4] At de his priores illi Philoſophi, quæ diſtinguere oportet, ſimpliciter, & confuſe loquebantur.

Præterea id quoque perſpicuum ex dictis eſt, quam ob cauſam ex ſenſibilibus, alia diſſoluant, ac deſtruant ſenſum, alia verò ſumma delectatione afficiant.

Etenim [1] vox apte modulata [a] concentus quidam, atq; harmonia eſt, [2] in actu verò exiſtens vox, atq; auditus in actu, etſi ratione differant, vnum quid tamen

Digitized by Google

tamen realitate ſunt, quatenus eadē operatio eſt, ab ipſa voce promanans, & ab audiendi ſenſu elicita. 3 Harmonia autem, & concentus proportio quædā, ac ratio eſt, 4 ergo & auditus in actu ratio quædam, ac proportio erit. Quod & de ſenſorio quoque ipſo in quo ineſt audiendi facultas dicendum eſt, quandoquidem ſenſorium, & in eo exiſtens ſenſatio magna ſeſe proportione, & cōſenſione reſpicere debeant. Quoniam verò eadem in reliquis ſenſibus, ac ſenſibilibus ratio eſt, vnuſquiſq; neceſſario ſenſus in quadā proportione, ac temperie conſiſtet. 5 Quare & ſenſibile vehemens diſſoluit, ac deſtruit ſenſum, valde acuti, grauiſq; ſoni auditum, & praui ſapores guſtum, & nimium fulgētes, atque opaci colores viſum, & fortes, tetrique odores olfactum, 6 propterea quod ſenſus ratio quædam, ac proportio ſit, quam ſenſibile excedens, & ſenſorium diſſoluere, & læſam, ac deprauatam efficere ſenſationem aptum eſt. 7 Vnde & mirificè delectant, recreantque ſenſum, quæ ſyncera, atq; ſimplicia ex ſenſibilibus ſunt, vt dulcia, ſalſa, & acuta, cùm ad mediocritatem, ac proportionem ducuntur. 8 Sic enim ſenſibus ea iucunditatem pariunt. 9 Atque id magis proportionem, ac temperiem ſeruat, quod ex permixtione extremorū con-

3 conſonantia autem eſt ratio,

4 neceſſe eſt & auditum rationem quandam eſſe.

5 Et propter id corrumpit vnumquodque exſuperans, & acutum, & graue auditum; ſimiliter autem & in saporibus guſtum, & in coloribus viſum valde fulgidum, & opacum, & in olfactu fortis odor, & dulcis, & amarus:

6 tanquàm ratio quædam ſit ſenſus.

7 Vnde & delectabilia quidē ſunt, cùm dicuntur, quæ ſyncera ſunt, & immixta ad rationem; vt acutum, aut dulce, aut ſalſum.

8 Delectabile enim tunc.

9 Omnino autem magis q̃d mixtum eſt conſonantia eſt, quam acutum, & graue.

10 Tactui autem calefactibile, & frigefactibile.

11 Sed ſenſus ratio eſt.

12 Exſuperantia autem, aut dolore afficiunt, aut corrumpunt.

conſtat, quam id, quod ſimplex eſt, vt graue, & acutum. 10 Tactui quoq; nec ſimplex calidum, aut frigidum; ſed id quod ex vtrorumq; mixtione coaleſcit amicum eſt, atque iucundum. Quia 11 enim ſenſus in quadam ſenſorij proportione, ac temperie conſiſtit, ab ijs maxime recreatur, atq; inſtauratur, quæ proportionem, ac temperiem habent, 12 ab ijs verò quæ ſymmetriam hanc, & harmoniam excedunt, aut ſummo afficitur dolore, aut ad interitum perducitur.

Iam exteriores ſenſus proprias haudquaquam ſenſationes percipere, ſed eas ab interiori alio ſenſu cognoſci, ac diſcerni oportere determinatum eſt. Nūc eundem interiorē ſenſum, ex alia, quā ex neceſſitate agit, operatione indagare, ac ſtatuere neceſſe eſt.

Tex. 144.

1 Vnuſquiſque igitur ſenſus ſubiecti ſenſibilis eſt,

2 ineſtq; in ſenſorio, in quantum ſenſorium,

3 & diſcernit ſubiecti ſenſibilis differentias,

4 vt album quidem, & nigrū viſus, dulce verò, & amarum guſtus; ſimiliter autem ſe habet hoc & in alijs.

Notandum 1 ergo eſt vniuſcuiuſque peculiaris ſenſus hæc proprie munera eſſe, primo vt ſenſibile habeat obiectū à quo per ſe immutari, ac pati queat, 2 deinde vt ſit facultas in determinato exiſtens ſenſorio, quatenus ſenſorium eſt, 3 poſtremo vt quæ ſub adæquato obiecto continentur differentias iudicet, ac diſcernat, 4 quemadmodum & in viſu manifeſtum eſt, qui album, & nigrum percipit, & in guſtu, qui dulce, & amarum ſentit, & in alijs quoque ſen-

ſibus,

ſibus, qui proprij differentias obiecti diſcernunt.

Iam [1] verò non modo album à nigro, & dulce ab amaro diſtingui, ſed & album à dulci, & nigrum ab amaro, & vniuſcuiuſque ſenſus obiectum ab aliorum ſenſuum obiectis differre quadam animæ facultate cognoſcimus. [2] At ſenſu horum percipimus differentias, [3] etenim ſenſibiles ſuapte natura ſunt; neceſſe ergò eſt ſenſum aliquem eſſe, qui & exteriorum ſenſuum obiecta, & eorum differentias iudicare, ac diſcernere aptus ſit.

[4] Hic verò ſenſus, quo anima ſenſibilia omnia percipit, eorumque differentias cognoſcit, ex ijs eſſe non poteſt, quos ad externa percipienda ſenſibilia animalibus natura conceſſit. [a] Nam is tactus quidam eſſet, vt potè aliorum ſenſuum fundamentum, ac radix, quo animalis vita definitur.

At [1] manifeſtum eſt carnem, quæ vulgò creditur ſenſorium tactus, haud vltimum, ac poſtremum ſenſorium eſſe, in quo ſenſibilia omnia percipiens facultas inſit. [2] Neceſſe enim eſſet hanc facultatem omnia ſenſibilia tangẽdo percipere, cum tamen, nec color, nec ſonus, nec odor contactu dignoſcatur. Quare tactus is ſenſus non eſt, qui ſenſibilium diſcernere differẽtias aptus ſit.

Atq;

Tex 145.

1 Quoniam autem & album, & dulce, & vnumquodq; ſenſibilium ad vnumquodq; diſcernimus quodam, & ſentimus quod differunt,

2 neceſſe eſt vtique ſenſu

3 Senſibilia enim ſunt.

4 Si ... [illegible]

a Auerroes S. Th.

Tex 146.

1 Quo & manifeſtum eſt, qđ caro non eſt vltimum ſenſorium.

2 Neceſſe enim eſſet diſcernens diſcernere tangendo ipſum.

Digitized by Google

Atq; ſi tactus hoc munus haudquaquã præſtat, nec cæteri ſenſus ob eãdem, ac ſimilem pręſtabunt rationem. 3 Nec verò quis dicat plures ſenſus ad ſenſibiliũ percipiendas differentias concurrere, atq; diſtinctas potentias, quæ inter album, ac dulce ineſt, differentiam percipere. 4 Etenim oportet vnum aliquẽ ſenſũ eſſe, qui vtraq; percipiat obiecta, eaq; veluti æſtimator, & arbiter diſcernat, atque dijudicet. Cum enim nec viſus dulce, nec guſtus albũ ſentiat, quomodo viſus album, ac dulce differre, & guſtus dulce aliud, atque album eſſe cognoſcet? 5 Sane ſi ita accideret, perinde eſſet, ac ſi album quidẽ ſentiret Plato, dulce autem Socrates. Manifeſtum enim eſſet dulce ab albo diuerſum eſſe, quoniam aliter ab albo afficitur Plato, quam à dulci Socrates, neuter tñ horum diuerſitatem eam cognoſceret, vtriuſq; haud ſenſibilis naturam perſpectam habẽs. 6 Quare vnum iudicem eſſe oportet, qui ambo cognoſcat, vt exiſtentem inter ea differentiam proferat, dulceq; pronunciet alterum eſſe ab albo. 7 Idẽ ergo iudex vtraq; ab inuicem differre obiecta dicit. 8 Quia verò dictio interioris conceptus expreſſio eſt, & vnus vtiq; homo eorum differentiam intelligit, ac ſentit. Quare & vnam eſſe facultatem oportet, vnumq; ſenſum, qui-

3 Neque itaque ſeparatis cõtingit diſcernere diſcernens, quod aliud ſit dulce ab albo,

4 ſed oportet aliquo vno vtraq; manifeſta eſſe.

5 Sic enim, & ſi hoc quidem ego, illud autem tu ſentires, manifeſtum vtique eſſet, qđ alia ab inuicem.

6 Oportet autem vnum dicere, quod aliud; aliud enim dulce ab albo.

7 Dicit ergò idem.

8 Quare vt dicit, ſic & intelligit, & ſentit.

vtrum

vtrumque ſenſibile comprehendat, & dum alio, atq; alio modo ab illis afficitur, ea dijudicet eſſe diuerſa. 9 Ex quibus manifeſtum eſt diſtinctas haudquaquam potentias obiecta diſtincta percipere, eaque diſcernere, ac iudicare. Quoniam igitur ſenſibilia obiecta, eorumq; differentias, nec vnus ex ſenſibus exterioribus, nec omnes ſimul ſumpti percipere valent, vnum aliquem interiorē ſenſum cōcedere cogimur, qui & omnia ſenſibilia cognoſcere, & eorū differentias iudicare, ac diſcernere queat. 10 Ea autem eſt interioris huius ſenſus (quē omnia exteriorum ſenſuū percipiētē obiecta communem dicimus) in ſenſibilibus iudicandis natura, vt quæ inter ſe plurimum diſtant obiecta eodem tempore cognoſcat, ac iudicet. 11 Nam quemadmodum is, qui bonum, ac malum percipit, eorum diuerſitatem eodem tempore iudicat, 12 ſic & ſenſus communis eodem tempore vnum ſenſibile ab altero diuerſum eſſe cognoſcit, nec prius aliud album, ac dulce eſſe profert, deinde vero dulce aliud ab albo eſſe dicit, ſed vtriuſque differētiam obiecti eodem tempore pronunciat. 13 Atque hoc eodem tempore per ſe, & non per accidens contingit. Non enim ſenſus nunc percipit aliquod obiectum, deinde vero aliud cognoſcens, ab inui-

9 Quod igitur non poſſibile ſit ſeparatis dijudicare ſeparata, palam eſt.

10 Quod autem neque in ſeparato contingit tempore, hinc.

11 Vt enim idem dicit, quod aliud bonum, & malum,

12 ſic & quando alterum dicit quod aliud, tunc & alterum.

13 Non ſecundum accidens ipſum quando,

14 (dico autem, vt nunc dico, quod aliud, non tamen quod nunc aliud)

15 ſed ſic dicit, & nunc, & quod nunc: ſimul ergo.

16 Quare inſeparabile, & in inſeparabili tempore.

a *Themiſtius Simplicius.*

Tex. 147.

1 At verò impoſſibile eſt ſimul ſecundũ contrarios motus moueri idem, quatenus indiuiſibile, & in indiuiſibili tempore.

a *S. Thomas Themiſtius Philoponus.*

2 Si enim dulce ſic mouet ſenſum, aut intellectum, amarum autem contrario modo, & album aliter.

3 Ergone ſimul quidem, & numero indiuiſibile, & tempore inſeparabile, quod iudicat, ipſo autem eſſe ſeparatum?

cem ea differre dicit, 14 ita vt eodem quidem tempore iudicet, haud vero ſint præſentia obiecta, de quibus iudicium profert 15 ſed ſimul ea differre ſenſus enunciat, quæ ſimul iuncta exiſtunt, ſimulq; etiã apprehendit. Ea enim eſt ſenſus communis natura, vt præſentia dũtaxat cognoſcat obiecta, deque ijs iudicium ferat. 16 Quapropter manifeſtum eſt, a vnũ, & eundem ſenſum diſtincta eodem tempore obiecta percipere, eaq; diſcernere, ac iudicare.

Obijcies, 1 fieri nullo modo poteſt, a vt id, quod partium expers eſt, ea ratione, qua partibus caret, in indiuiduo temporis momento oppoſitis cieatur motibus: at diuerſa, & oppoſita ſenſibilia oppoſitis ſenſum, atque intellectum motibus afficiunt, 2 etenim dulce, amarum, & album oppoſitis omnino rationibus ſenſum, atque intellectum immutant, dulce quidem leniendo guſtum, eundemque irritando amarum, atque album diſgregando viſum, ergo ſenſus communis indiuiſibilis exiſtẽs in indiuiduo temporis momento oppoſita percipere obiecta nequit 3. Quidam ſic diſoluere hanc obiectionem conantur, aiuntque ſenſum communem, qui oppoſita diſcernit obiecta, numero quidem, ac ſubiecto vnum, & indiuiſibilem eſſe, indiuiduoque tempore iudicium de pro

prijs

prijs obiectis ferre, ratione tamen, atque eſſentia, vt plura cognoſcit obiecta, diuidi, & in plures quodammodo ſenſus partiri. [4] Sic igitur idem ſenſus, quatenus diuiſibilis eſt, diuerſa, atque oppoſita ſuſcipiet obiecta, [5] quatenus vero indiuiſibilis eſt, ea ſimul eodẽ tempore diſcernet. [6] Ratione enim, atque eſſentia dumtaxat diuiſionem patitur, ſubiecto autem, & numero partium omnino expers eſt.

Sed [1] impoſſibilis quidem hæc reſpõſio eſt. [2] Nam id, quod ſubiecto indiuiſibile eſt, ſolaque ratione diuiſibile in potentia ad oppoſita ſuſcipienda videtur, [3] cum tamen ea actu ſuſcipit, neceſſario diuiditur, eaque ſecundum diuerſas partes recipit, [4] quemadmodum in eo contingit, quod cum ad album, ac nigrum in potentia ſit, actu ea in partes dumtaxat diuiſum patitur. [5] Eodem ergò modo intellectus, ac ſenſus communis ſubiecto indiuiſibilis exiſtens, etſi ratione diuiſibilis ad oppoſitas obiectorũ ſpecies in potentia ſit, eas tamen actu haud vnquam recipiet, ex eo quod ratione diſtinctas obtineat partes.

Sed vt [1] vera allatæ obiectionis afferatur ſolutio, [2] ſciendum eſt quemadmodum punctum, quod circuli centrũ eſt, ad quod omnes tendunt lineæ ab eius circumferentia ductæ, vt vnum,

4 Eſt igitur quodãmodo quatenus diuiſibile diuiſa ſentiat,
5 eſt autem quatenus indiuiſibile.

6 Ipſo eſſe .n. diuiſibile eſt, loco autem, & numero indiuiſibile.

Tex 148.
1 An non poſſibile?
2 Poten'ia enim idem diuiſibile, & indiuiſibile, & contraria eſt, ipſo autem eſſe nõ,
3 ſed patiendo diuiſibile eſt,
4 & nõ poſſibile eſt ſimul album, & nigrum eſſe.
5 Quare neque formas ipſorũ pati, ſi huiuſmodi eſt ſenſus, & intellectio.

Tex. 149.
1 Sed vt id, quod vocant quidam punctum, quod vt vnũ, & duo eſt,
a Auerroes.

2 Sic & diuiſibile.

atque vt plura ſumi poteſt, 2 ita & ſenſum communem diuiſibilem, & indiuiſibilem eſſe. Quia enim punctum diuiditur quodammodo, quatenus ad plures refertur lineas, quæ ad ipſum à circumferentia ductæ pertingunt, indiuiſibile verò videtur, quatenus circuli centrum eſt, omniumq; linearum terminus: ita & communis diuiditur ſenſus, quatenus ad ſingulas exteriorū ſenſuū operationes, quas ſuſcipit, ac percipit, refertur, indiuiſus autē eſt, quatenus omniū ſenſationum terminus exiſtens differentias obiectorū iudicat. 3 Vt igitur ſenſus communis vnus, atque indiuiſibilis eſt, vnicum de oppoſitis obiectis iudicium profert, eorumque differentiam vno, & eodem actu cognoſcit. 4 Vt verò diuiſibilis eſt, ſingula, eaque oppoſita exteriorum ſenſuum obiecta pluribus eodem tempore elicitis actibus percipit. 5 Dupliciter enim ſenſum communem, vt punctum, ſumere licet. 6 Atque vt ad plures, atque oppoſitas obiectorum ſpecies ab exteriorum ſenſuum operationibus prodeuntes refertur, oppoſita obiecta pluribus actibus cognoſcit, quæ vt plura, ac diſtincta ſunt, ipſum quoque in plures quaſi ſenſus, ac diſtinctos diuidunt. 7 Vt autem vnus omnium ſenſationum terminus eſt, vnico prolato iudicio eorū differentiā percipit.

3 Secundum quod igitur eſt indiuiſibile diſcernens vnū eſt, & ſimul.

4 Secundum quod verò diuiſibile eſt, non vnum.

5 Bis enim vtitur eodem ſigno ſimul.

6 In quantum igitur duobus vtitur terminis, duo iudicat, & ſeparata ſunt, vt in ſeparato.

7 In quantum verò vnum, vno, & ſimul.

cipit. Ex quibus manifeſtum eſt, ſenſũ communem, etſi vnica, atque eſſentia indiuiſibilis potentia ſit, ab oppoſitis tamen obiectis moueri, ac pati poſſe, quatenus ea, multiplex quodammodo factus, pluribus elicitis actibus cognoſcit Exiſtimandum enim eſt, quemadmodũ exteriores ſenſus à pluribus obiectorum ſpeciebus immutati plures eodem tempore actus eliciunt, ita & interiorem ſenſum communem ab exterioribus cognitis excitatum obiectis, ea pluribus eodem tempore actibus percipere: etſi cum eorum differentiam cognoſcit vnicum iudicium promat, ac fundat.[8] Atque hæc de principio quo animal ſenſitiuum conſtituitur in præſentia determinata ſint.

8 De principio igitur, ſecundum quod dicimus animal ſenſitiuum eſſe, determinatum ſit hoc modo.

Sed antequam ad intellectiuæ partis animæ naturam cognoſcendam accedamus, placet de ſenſu interiori, de quo vt præſentia cognoſcit obiecta, eorumq; differentias diſcernit, pertractauimus, de eodem nunc, vt remota, abſentiaq; imaginatur ſenſibilia, varijsq; inter ſe modis, etiam cum adſunt, componit, agere, quoniam ſic & ſenſitiuæ partis animæ natura prorſus cognita erit, & ab ea intellectiuam omnino ſeiungi apparebit. Ac primo quidẽ enitendũ eſt quærere, vtrum intelligere, ac ſentire idem ſint, ſumpto intelligere, prout om

nem

nem animæ cognitionem comprehendit, qua ab obiecto haud præſenti excitata operatur.

¹ Quoniam ergo Veteres maximè definiunt animam; & motu ad locum, & ipſo intelligere, ac ſentire, videntur vtique aſſerere ipſum intelligere, ac ſapere, quæ ſolius intellectiuæ animæ operatio eſt, velut ſentire quoddam eſſe, ² cũ anima tum intelligendo, tum ſentiendo ea, quæ ſunt, cognoſcat, ac iudicet. ³ Atque expreſſe quidem Veteres ſapere, ac ſentire idem eſſe aiunt: ⁴ Nam Empedocles aliquando ſic loquitur.

⁵ *Ad preſens hominum creſcit ſapientia ſemper.* ⁶ & alio rurſus in loco.

⁷ *Hinc veru his ſemper prudentia ſomnia monſtrat.*

⁸ Idem & Homerus his carminibus ſenſiſſe videtur.

⁹ *Tales namq; inſunt mentes mortalibus ipſis,*
Quales quotidiè ſummi fert Rector Olympi.

Ex his clara eſt horum Philoſophorũ opinio. ᵃ Nam ſi à præſentibus ſenſibilibus cognitis augeri, ac perfici ſcientiam dicunt, & ob eorum mutationem varia intellectum ſomnia pati, atque tales mortalium effici mentes, quales ſenſibile contingit ambiens, manifeſtum eſt eos haud intelligere, ac ſapere ab ipſo ſentire diſtinxiſſe.

Hanc

Tex. 150.

1 Quoniam autẽ duabus differentijs definiunt maximè animam: motu ſecundum locum, & ipſo intelligere, ac ſentire, videtur vtique intelligere, & ſapere, velut ſentire quoddam eſſe.

2 In vtriſque enim his anima diſcernit, & cognoſcit aliquid eorum, quæ ſunt.

3 Et antiqui ſapere, & ſentire idem eſſe aiunt,

4 ſicut & Empedocles dicit.

5 Ad præſens enim augetur ſapientia hominibus.

6 Et in alijs.

7 Vnde eis ſemper & ſapere diuerſa præſtat.

8 Idem autem his vult, & illud Homeri.

9 Talis enim eſt mens terreſtrium hominum, qualem in dies inducit Pater hominũ, Deorumque.

a Simplicius Themiſtius Philoponus.

Digitized by Google

Hanc [1] verò ſententiam, non ex eo ſolum protulerunt Veteres, quod intelligere perinde, ac ſentire corporeum quid eſſe putarent, [2] ſed etiam quod ſimile ſapere, ac ſentire ſimile, indeq; animam ex elementis rerum conditam eſſe cenſerent, quemadmodum in priori libro determinatum eſt. [3] At hos Philoſophos cognitionis cauſam aſſignantes, quam cognoſcentis animę ad cognitum obiectum ſimilitudinem eſſe aiunt, deceptionis, atque erroris quoq; aſſignare cauſam oportebat. [4] Ignoratio enim magis propria, magiſque familiaris animalibus, quam cognitio eſt, cum, & in ea diutius verſetur anima, & ſummo cum labore vel minimam ſcientiæ partem immenſo pęne temporis elapſo tractu aſſequatur. [5] Vnde ſi Veterum tueri opinionem licet, aut neceſſe eſt omnia, quæ apparent vera eſſe, aut diſſimilis rei contactu decipi, atque in errorem labi animam. [6] Hoc enim ei videtur opponi, quod ſimile cognoſcat, ac ſentiat ſimile. Quare vt ſimilitudo ſcientiam gignit, & deceptionem, atq; ignorationem efficiet diſſimilitudo. [a] At impoſſibile hoc eſt. [7] Nam eadem oppoſitorum ſcientia, atque deceptio eſt, qui enim aliquod oppoſitorum cognoſcit, & aliud quoque intelligit, & qui in aliquo ex ijs errat, in altero etiam fal

litur.

Tex. 151.

1 Omnes enim hi intelligere corporeum, ſicut & ſentire exiſtimant.

2 Et ſentire, & ſapere ſimile ſimili, ſicut in primis rationibus determinauimus.

3 Et tamen oportuit ſimul ipſos, & de deceptione dicere.

4 Magis enim propria eſt animalibus & plus temporis in hac permanet anima.

5 Vnde neceſſe eſt, aut, vt quidam dicunt, omnia, quæ videntur eſſe vera, aut diſſimilis rei tactum deceptionem eſſe.

6 Hoc enim contrarium eſt illi ſimile ſimili cognoſcere.

a *S. Thomas Auerroes.*

7 Videtur autem & deceptio, & ſcientia contrariorum eadem eſſe.

litur, ſimile verò, ac diſſimile opponun tur, ergò ſimilis rei contactu cognitio, diſſimilis autem deceptio haud poteſt contingere.

Sed [1] ſapere, ac ſentire idem non eſſe ſic probo. [2] Nã ſentire omnibus animalibus ineſt, ſapere autem paucis, [a] quandoquidem ſolis competit hominibus, aliud ergò ſentire, atque ſapere eſt. [3] Præterea neque intelligere, quo, & rectè, & non rectè diſcurrendo intellectus operatur [4] (recte quidem ob prudentiam, ſcientiam, atque veram opinionem, haud rectè vero ob ea, quæ his oppoſita ſunt) [5] idem, atque ſentire eſt. [6] Nam ſenſus propria ſenſibilia iudicans nunquam errat, ſi requiſitę ad perfectam efficiendam ſenſationem cõditiones adſint, [7] atque omnibus animalibus ineſt. [8] Intellectus verò cum diſcurrit ſæpe fallitur, ijsque dumtaxat animalibus competit, quæ ratiocinandi facultatem obtinent, ergò aliud ſentire, atque intelligere eſt.

Iã intelligere communiter ſumpto ab ipſo ſentire diſcreto, de interiori ſenſu, quatenus ſenſibilia imaginatur obiecta dicendum eſt, ipſumq; & ab intellectu, & à ſenſu diſtinguere oportet.

Dico [1] igitur phantaſiam à ſenſu, ac intellectu ratiocinante diſtingui, atque nec phantaſiam abſque præuia ſenſus cogni-

Tex. 152.

1 Quod igitur non idem ſit ſapere, & ſentire, manifeſtum eſt.

2 Hoc enim animalibus ineſt omnibus, illud autem paucis.

a Themiſtius.

3 Sed neque intelligere, in quo eſt quod rectè, & quod non rectè,

4 (quod enim rectè prudentia, & ſcientia, & opinio vera, quòd verò non rectè contraria horum)

5 neque hoc inquam eſt idẽ cum ipſo ſentire.

6 Senſus.n. propriorum ſemper verus eſt,

7 & omnibus ineſt animalibus.

8 Intelligere autem contingit, & falsò, & nulli ineſt, cui non inſit ratio.

Tex. 153.

1 Imaginatio enim aliud eſt, & à ſenſu, & à ratiocinatione, hæcq; non fit ſine ſenſu, & ſine hac non eſt exiſtimatio.

Digitized by Google

cognitione operari, nec exiſtimationẽ, [a] quæ omne intellectus iudicium comprehendit, ſine actu phantaſiæ præcedẽte fieri. [2] Perſpicuum autem eſt phantaſiam ab exiſtimatione diſtingui. [3] Nã phantaſiæ operatio noſtræ ſubſeruit poteſtati, [b] quicquid enim libuerit, etiam impoſſibile imaginari, atq; oculis ſubijcere licet, [4] quemadmodum faciunt ij, qui ad artificioſam parandam memoriã loca, & imagines pro libito fingunt, certiſque in locis diſponunt, quibus rerum oportunè recordentur. [5] At exiſtimare noſtræ haudquaquam ſubditur poteſtati, [6] neceſſe enim eſt eum, qui iudicium exiſtimationis elicit, ratione aliqua duci ad verum, aut falſum exiſtimandum, idem ergò phantaſia, atq; exiſtimatio non eſt.

Præterea [1] cum atrox aliquid, aut horribile exiſtimamus, & valdè commouemur, & toto perhorreſcimus corpore, [2] atq; ſimiliter, cũ eſſe quippiam tale opinamur, vt in illo confidendum ſit, confidimus illico, ſummèq; hilares, ac læti reddimur. [3] At cum hæc imaginamur, nec vlla animi affectio, nec cõmotio ſequitur, [4] perinde enim afficimur, atq; ij, qui res aſpectu horribiles, aut lætas in pictura contuentur. Ex quibus manifeſtum eſt aliud phantaſiã, atq; exiſtimationem eſſe. [5] Sunt autem

a Themiſtius.

2 Quod autem non eſt eadẽ imaginatio, & exiſtimatio manifeſtum eſt.

3 Hæc enim paſſio in nobis eſt, cum volumus, præ oculis enim eſt fingere:

b Simplicius.

4 ſicut qui in memoratiuis verſantur, & ſimulacra faciunt.

5 Opinari autem non in nobis:

Neceſſe enim eſt aut verum, aut falſum dicere.

Tex. 154.

1 Amplius autem, cum opinamur difficile aliquid, aut terribile, ſtatim compatimur.

2 Similiter autem, & ſi fuerit res confidenda.

3 Secundum imaginationem autẽ ſimiliter nos habemus,

4 ſicut qui conſiderant in pictura difficilia, & confidẽda.

5 Sunt autem, & ipſius exiſtimationis differentiæ ſcien

existimationis ſpecies, ſcientia, & opinio, & prudentia, quæq; his opponuntur. 5 Sed quomodo hæc inter ſe differant alibi diſputandum eſt.

Quoniam 1 verò intelligere communiter ſumptum aliud, atq; ſentire eſt, & ſub eo quidem tam phantaſia, quam existimatio comprehenditur, cum de phantaſiæ natura egerimus, abſolutamque ſenſitiuæ animæ cognitionē habuerimus, de ipſa existimatione, ſeu de intellectu propriè dicto, contemplari aggrediemur. 2 Cum igitur phantaſia, atque imaginatio quædam ſit animæ facultas, qua apparere aliquid nobis dicitur, 3 propriè ſumpta imaginatione, quatenus interior animæ potentia eſt remota ſenſibilia cognoſcens obiecta, 4 neceſſe videtur phantaſiā cognoſcitiuam quādam potentiam, aut habitum eſſe, quo diſcernimus obiecta, & verum, aut falſum dicimus. 5 Habitus verò hi eſſe videntur ſenſus, opinio, ſcientia, & intellectus, ſeu facultas, qua prima rerum principia cognoſcimus.

Manifeſtum 1 autem eſt phantaſiam aliquem ex ſenſibus exterioribus non eſſe. 2 Nam primò, ſenſus, aut facultas animæ eſt, qua ſentire poteſt, nec tamen quidquam ſentit, vt cum dicimus viſū, aut actus ſenſationis à facultate illa proueniens, vt viſio: at phantaſia neu-

tro

---

ria, & opinio, & prudentia, & contraria horum,

6 de quorū differentia alius erit ſermo.

Tex. 155.

1 De ipſo autem intelligere, quoniam diuerſum eſt ab ipſo ſentire, huius autem aliud imaginatio ēē videtur, aliud existimatio, cum de imaginatione determinauerimus, ſic & de altero dicendū erit.

a S. Thomas.

2 Si igitur imaginatio eſt, ſecundum quā phantaſma aliquod nobis fieri dicimus,

3 & non ſi quid ſecundum translationem dicimus,

4 vna quædam eſt harum potentia, aut habitus, ſecundū quem diſcernimus, & verū, aut falſum dicimus.

5 Huiuſmodi autem ſunt ſenſus, opinio, ſcientia, intellectus.

Tex. 156.

1 Quod igitur non ſit ſenſus manifeſtum ex his eſt.

2 Senſus enim, aut potentia, aut actus eſt, vt viſus, aut viſio.

tro modo appellari poteſt ſenſus, [3] nã-
que dormientibus nobis, & ſomnianti-
bus apparent multa per phantaſiam, cũ
tamen ſenſus pro facultate ſumptus, vt
nihil operatur, ita nihil percipiat, eiq;
appareat nihil, ſenſatio verò actualis
nulla ſit, exterioribus haud exiſtenti-
bus ſenſibilibus à quibus depẽdet, ergo
phantaſia ſenſus eſſe nequit. [4] Secun-
do, animali ſemper adeſt ſenſus, [b] haud
ſemper verò phantaſia; etenim animal
recens natum mox ſenſu vtitur, vt ac-
cidit puerulis dum lugẽt circumiecti ae-
ris non conſuetum frigus perſentiẽtes,
at imaginatione ſaltem exacta, non niſi
progreſſu tẽporis, quoniã infantes cuiuſ
uis mamillas principio ſugunt, poſtea
verò ſolius matris, ergò idem ſenſus,
atq; phantaſia, & imaginatio non eſt.
[5] Tertio, ſi idem eſſet actus imaginatio,
[c] ac ſenſus operatio, omnibus profectò
animantibus ineſſet imaginatio, [6] at id
verum non eſt, neq; enim formicæ, aut
apes, aut vermes perfectam habent ima
ginationem, quia, & diſciplinam accipe
re, & ad certas quaſdam efficiendas ope
rationes aſſueſcere queant, idem ergò
actus ſenſatio, ac perfecta ſaltem imagi
natio non eſt. [7] Quartò, ſenſuum ope-
rationes numquam errant circa propria
ſenſibilia, [8] at ſæpe fallitur imaginatio,
ergò ſenſatio imaginatio nõ eſt. [9] Quin

3 Apparet autem aliquid, etiã neutro horum exiſtente, vt quæ in ſomnijs.

a Auerroes.

4 Poſtea ſenſus quidem ſemper adeſt, imaginatio autem non.

b Philoponus.

5 Si verò idem eſſet, quod actus, omnibus vtiq; contingeret beſtijs imaginationem ineſſe.

c Philoponus.

6 Videtur autem non, vt formicæ, aut api, aut vermi.

7 Poſtea ſenſus quidem ſemper veri ſunt,

8 imaginationes autem plures falſæ.

9 Amplius autem non dici-

to, cũ exactè circa ſenſibile operamur; [d] non dicimus hoc nobis hominem videri, atque apparere, ſed potius cum obſcurè ſentimus; quod tum accidit, cum è longinquo venientem aſpicimus hominem: 10 atque tunc, aut falſa, aut vera, ſenſus operatio eſt, qualis ſanè operatio phantaſiæ videtur. Cũ enim quidpiam imaginamur, nõ dicimus verè, ac reipſa hominem eſſe, ſed apparere nobis, & videri hominem. Quod ſi idem eſſent phantaſia, & ſenſus, vbi maximè certus haberetur ſenſus, ibi potiſſimum phantaſia eſſe diceretur, ſenſuſq; exquiſitior, exquiſitior item phantaſia eſſet. At contra res habet, non igitur idem ſunt phantaſia, & ſenſus. 11 Denique, vt prius quoque diximus, illa quorum imagines ſenſu hauſimus, clauſis oculis, & abſentibus ſenſibilibus imaginamur; at ſenſatio præſens tantũmodò cognoſcit obiectum, ergò imaginatio ſenſatio non eſt.

Nec 1 verò vllus eorum habituum phantaſia erit; qui veri ſemper ſunt, vt ſcientia; & primorum principiorum habitus; 2 quandoquidem & falſa interdum contingat imaginatio. 3 Quare vt perſcrutemur, an phantaſia ſit opinio, reliquum eſt, 4 hæc enim & vera, & falſa aliquando accidit. 5 Verum opinionem ſequitur fides; vnuſquiſque enim id,

...mus cum operamur certo circa ſenſibile, quod videtur hoc nobis homo, ſed potius cum nõ manifeſtè ſentimus.

d Simplicius Auerroes S. Tho.

10 Et tunc, aut verus eſt, aut falſus.

11 Et quod quidem diximus prius apparent, & claudentibus viſa.

Tex. 157.

1 At verò neque eorum, qui ſemper verum dicunt, vllus erit, vt ſcientia, aut intellectus.

2 Eſt enim & falſa imaginatio.

3 Relinquitur igitur videre, ſi opinio ſit.

4 Fit enim opinio, & vera, & falſa.

5 Sed opinionem quidem ſequitur fides; non enim con-

id, quod opinatur, verum eſſe putat, at fides non ſequitur imaginationem, ergo opinio imaginatio nõ eſt. Minor patet,[6] quia imaginatio conuenit Brutis, in quibus tamen fides non eſt. [7] Prætereà fides omnem opinionem ſequitur, perſuaſio fidem, ratio autem perſuaſionem: [8] at imaginatio quibuſdam ineſt belluis, ratio verò nullis, ergò aliud phantaſia, atque opinio eſt. Nec enim belluæ [a] perſuaſione quicquam faciunt etiam eæ, quæ adumbratam aliquam diſciplinæ rationem accipiunt. Perſuaſio namque ratiocinatione fit, at bruta ex ſola memoria, & aſſuetudine ad certa quædam opera moliẽda inclinantur. [1] Ex [1] dictis manifeſtum eſt phantaſiã [a] nec eſſentialiter opinionem, quam comitetur ſenſus, nec eſſentialiter ſenſum, ex quò oriatur opinio, nec vtriuſque complexionem ex æquo eſſe. Si enim phantaſia & à ſenſu per ſe, & ab opinione differt, vtique etiam ab vtroque ſimul diſſidebit. [2] Et quidem ſi phantaſia complectitur opinionem, ac ſenſum, atque idem phantaſia imaginatur obiectũ, certè opinio, quæ ſenſui adiunꝯa phantaſiam efficit, idem cognoſcet obiectum, quod ipſe percipit ſenſus, [3] quemadmodum ſi phantaſia quædã ex opinione, ac ſenſu albi complexio eſt. [4] Neque enim ex opinione quidem albi, ſen-

tingit opinantem ijs, quæ videntur non credere.

6 Beſtiarum autẽ nulli ineſt fides, imaginatio autem multis.

7 Amplius omnem opinionẽ ſequitur fides, fidem autem perſuaſum eſſe, perſuaſionem autem ratio.

8 Imaginatio autem quibuſdam ineſt beſtijs, ratio autẽ non.

a Philoponus.

Tex 158.

1 Manifeſtũ igitur quod neq; opinio cum ſenſu, neq; per ſenſum, neq; complexio opinionis, & ſenſus erit imaginatio, & propter hæc.

a Simplicius.

2 Et quia non alia quædam eſt opinio, ſed illa, quæ quidem eſt, cuius eſt, & ſenſus;

3 Dico autem ex albi opinione, & ſenſu complexio imaginatio eſt.

4 Nõ enim ex opinione quidem boni, ſenſu autem albi erit.

1 Apparere igitur eſt opinari, quod ſentit, non ſecundum accidens.

bi, ſenſu autem boni eſſe poteſt. [1] Quare ſi ex opinione, ac ſenſu cõſurgit phãtaſia, imaginari aliud non eſt, quam idem opinari, quod per ſe, & non per accidens ſentitur.

At fieri non poteſt, vt phantaſia, ſenſus, & opinio circà idem verſentur obiectum.

Text. 159.

1 Apparent autem, & falſa, de quibus ſimul exiſtimationem veram habet,

2 vt apparet Sol vnius pedis,

3 perſuaſum autem eſt eum maiorem eſſe habitata.

4 Accidit igitur, aut abijcere ſuam ipſius verã opinionem, quam habebat, ſaluata re; non oblitum, neque diſſuaſum,

5 aut ſi adhuc habet, neceſſe eſt eandem veram eſſe, & falſam.

6 Sed falſa fiet, cum latuerit mutata res.

Nam [1] phantaſiæ quædam interdum ex cognitione ſenſus falſa apparent, de quibus tamen veram habent homines opinionem. [2] Phantaſia enim ab ipſo directa ſenſu iudicat Solem vnius pedis quantitatem haud excedere, [3] cùm tamen firmiter credamus, atque opinemur eum vniuerſa, quam incolimus, terra maiorem eſſe. [4] Si igitur phantaſia ex vera opinione, & falſo conſtet ſenſu, aut cenſere oportet eum, qui de Solis quantitate ſecundũ proprias Mathematicorum rationes opinatur, cùm aſpicit Solem, veram, quam habet opinionem abijcere, ſaluato ipſo, eodemq; modo ſe habente, atque nulla captum obliuione, nulliſque diſſuaſum rationibus; [5] aut ſi adhuc propriam opinionẽ retineat, falſam vtiq; phantaſiam, ac veram eſſe. Vtrumq; autem impoſſibile eſt. [6] Quia enim ſenſui conformari debet opinio, ſi ex vera fiat falſa, aut ipſum mutatum obiectum eſſe, aut ſaltem opinantem latere oportet. Ex quibus mani-

manifeſtum eſt, phantaſiam opinionis, ac ſenſus complexionem eſſe non poſſe. 7 Nec igitur phantaſia ſenſus, nec ſciētia, nec intellectus, nec opinio eſt, nec aliquid ex ijs conſtans.

Sed iam propriam phantaſiæ naturā, & eſſentiam inueſtigare oportet.

Suppono 1 igitur primò, ſi aliquid moueatur, aliud quid ab eodem moueri poſſe. 2 Suppono ſecundò, imaginationem quendam motum eſſe, quatenus potentiæ cognoſcitiuę operatio eſt, quæ motio quædam, ac paſſio dicitur, quam obiectum propriam immittendo ſpeciem in ſenſorio facit. 3 Suppono tertiò, imaginationem ijs tantūmodò ineſſe, quæ ſenſu prædita ſunt, & abſque ſenſu effici non poſſe, eaque dumtaxat cognoſcere obiecta, quæ ſenſibilia ſunt. Etſi enim percipiat chymeram, quæ ſub ſenſum non cadit, eam tamen ex ſenſibilibus conflatam partibus cognoſcit. 4 Suppono quartò ſenſum in actu motū aliquem efficere, 5 quatenus ſenſibilem producit ſpeciem, quæ ſenſationi ſimilis eſt, ipſumq; repræſentat obiectum, quod in ſenſatione exprimitur.

Ex his clara phantaſiæ colligitur deſcriptio, ſi propriam eius conſideremus operationem, quam patitur ab obiecto.

Eſt 1 enim phantaſia motus quidam à ſenſu in actu procedēs, 2 qui nec fieri abſq;

7 Nō ergò vnum aliquod horum eſt, neque ex his imaginatio.

Tex. 160.

1 Sed quoniam eſt moto hoc moueri aliud ab hoc;

2 imaginatio autem motus quidam eſſe videtur,

3 & non ſine ſenſu fieri, ſed ſentientibus, & quorum ſenſus eſt:

4 eſt autem motum fieri ab actu ſenſus,

5 & hunc ſimilē neceſſe eſt eſſe ſenſui.

Tex. 161.

1 Erit vtique hæc motus, qui neq; ſine ſenſu, neq; nō ſen-

Digitized by Google

tientibus ineſſe poteſt.
a *Themiſtius Philoponus Simplicius Auerroes.*

abſq; ſenſu, nec ijs competere, quæ carent ſenſu, poteſt. Dico motum ſenſibilis productionem ſpeciei, ad quam elicita ab ipſa phantaſiæ facultate operatio, veluti finis, ac terminus cõſequitur. Hæc phantaſiæ deſcriptio non excludit ſenſum cõmunem à quo ſola operatione differt, ſed ipſum quoque comprehendit, perque eam exprimitur ſenſus interioris natura, quatenus & ab intellectu differt, qui ab interiori facultate dumtaxat immediatè mouetur, & ab externo ſenſu diſtinguitur, à quo in actualem operationem ducitur. 2 Ex dictis patet animalia, quæ habent phantaſiam, multa per ipſam agere, ac pati poſſe, quatenus & varijs agitantur affectibus, & ad ea, quæ imaginando conceperũt aſſequenda mouentur. Etenim & frumenta recondunt formicæ, & flores, roreſq; in aluearia cõuehunt apes. 3 Atque id quoq; manifeſtum ex dictis eſt, operationem phantaſiæ interdum veram, & falſam accidere poſſe. 4 Huius cauſa cuilibet conſideranti ſenſus naturam, quatenus obiecta ſenſibilia cognoſcit, manifeſta eſt. 5 Nam ſenſus, cum propria ſenſibilia iudicat, & requiſitæ ad perfectam ſenſationem efficiendam conditiones adſunt, nunquam fallitur, aut admodum raro. Fieri enim poteſt, vt neceſſariæ ad perfecte ſentiendum

2 Et multa eſt ſecundum ipſam, & facere, & pati, quod habet.

3 & eſſe veram, & falſam.

4 Hoc autem accidit propter hæc.

5 Senſus proprium quidem eſt verus, aut quam pauciſſimum habens falſum.

dum conditiones deſint, idque lateat eum, qui exiſtens ſentit obiectũ. [6] Præterea, & id quoque percipit ſenſus, cui propria adhærent ſenſibilia, in cuius cognitione maximè decipitur. [7] Neq; enim album aſpiciens mentitur viſus, ſed album eſſe niuem, aut farinam dicens fallitur. [8] Denique ſenſus, & cõmunia ſenſibilia iudicans, quæ ſubiecta proprijs ſenſibilibus affecta cõſequuntur, vt motum, magnitudinem, ac ſimilia ſenſibilibus adiuncta corporibus hallucinari frequenter ſolet, idque magis, quam in cognitione propriorum ſenſibilium euenit. Neque enim ſenſibile commune vnius dumtaxat ſenſus adæquatum obiectum eſt, ſed plurium. Vnde ſi vnus tantum ſenſus ipſum cognoſcat, ac iudicet, errat facillimè, ac decipitur. Plurium namque ſenſuum iudicium ſenſibile commune, vt percipiatur exactè requirit, atque interiorē præterea ſenſum, qui exteriorum ſenſuum operationes coniungens perfectè de oblato ſenſibili iudicet. At quia ſenſus communis ob præceps, & velox iudicandi ingenium, cum vnus ex ſenſibus exterioribus commune ſenſibile ap prahendit, aliorum minime ſenſuum expectata cognitione exactam ſententiam pronunciat, ſępiſſime idcirco fallitur, ac decipitur. [9] Iam verò quoniā

6 Secundo autem eius, cui accidunt, & hæc, & hic iā cõtingit, vt falſus ſit.

7 Quod .n. album ſit, non eſt falſus, ſi autem album hoc, aut quiddam aliud, falſus eſt.

8 Tertio autē communium & conſequentium ea, quæ accidunt ijs, quibus inſunt propria, dico autem, vt motus, & magnitudo, quæ accidunt ſenſibilibus, circa quę maximè iam eſt decipi ſecundum ſenſum.

9 Motus autē ab actu factus, qui ab his tribus ſenſibus differt à ſenſu.

Digitized by Google

phantaſiæ motus ab actuali ſenſus operatione fit, quatenus ſenſibilia propria, communia, & per accidens cognoſcit; atq; ab ea perinde, ac effectus à propria cauſa differt, eiq; ſimilis idcircò eſt, ſenſus autem operatio veritatem, ac falſitatem habet, mirum non erit, ſi & ipſa phantaſiæ operatio veluti quoddam veſtigium, & ſimulacrum ipſius vera, & falſa ſit. 10 Et ſanè cum ſenſibilium propriorũ ſpecies actuali exiſtente operatione ſenſus phantaſię potẽtiam ad operandum excitãt, elicita conſequens operatio ſemper vera contingit, viuaciter obiectum repræſentante ſpecie, quæ à ſenſu abſque deceptione operante procedit. Etſi cùm exiſtentes, ac ſeruatæ diutius in ſenſorio ſpecies, haud præexiſtente ſenſus actu, phantaſiæ potentiam ad operandum excitant, ſæpe in elicita operatione contingat deceptio, marceſcentibus in ſenſorio ſpeciebus, ac debiliter ob ſenectutẽ exprimẽtibus obiectum. 11 At verò cũ ſpecies aliorũ ſenſibilium communium, & per accidens moueant, ac determinant phantaſiam ad operandum, in repręſentatis cognoſcendis obiectis, ſæpiſſimè operans fallitur potentia, ſiue tum primùm à ſenſu actu operante prodeant, ſiue eodem ab omni ceſſante operatione, phantaſiam ad propriam eliciendam operationem excitent

10 Et primus quidem preſente ſenſu verus eſt.

11 Alij autem præſente, & abſente erunt vtiq; falſi,

Digitized by Google

citent.[11] Etſi tum maximè decipiatur phantaſia, cum ſenſibilia hæc in diuturnis ob ſenectutem marceſcentibus ſpeciebus repræſentata cognoſcit.[12] Quoniam igitur ſola phantaſia obtinet, quæ dicta ſunt; atque idipſum phantaſia eſt, quod diximus, ipſa vtique motus ab actuali ſenſus operatione factus erit, quatenus haud eam ſumimus, vt ſolum circa abſentia, præſentiaq; componendo verſatur obiecta, ſed vt omnes complectitur operationes, quas exteriores nequeunt ſenſus attingere.

12 & maximè cùm procul eſt ſenſibile.

13 Si igitur nihil aliud habet quæ dicta ſunt, quã imaginatio, hoc autẽ eſt, quod dictũ eſt, imaginatio vtique erit motus à ſenſu ſecundum actum facto.

Quoniam[1] autem viſus omnium ſenſuum præſtantiſſimus eſt, eaque percipit phantaſia, quæ ſenſibilia ſunt, iure proprium ab ipſa viſione accepit nomen, atque ob lumen, quod potiſſimum ad viſionem efficiendam requiritur, phantaſia dicta eſt. Quæres ob quem finẽ animalibus phantaſiam conceſſerit natura? Reſpondeo animalibus tributam eſſe phantaſiam, vt per eam ad proprias efficiendas operationes dirigerentur.[2] Etenim abſentibus obiectis, quoniam eorum in interno ſenſorio ſpecies remanent, circà ea operatur phantaſia, ſimileſque ſenſationibus elicit operationes, quibus appetitiua determinata facultas mouet animal ad cognitum proſequendum obiectum.[3] Atqui ob eam ſic animalia bru-

Tex 162.

1 Quoniam autem viſus maximè ſenſus eſt, & nomen à lumine accepit, quoniam ſine lumine non eſt videre.

2 Et quoniam immanẽt, & ſimiles ſunt ſenſibus, multa ſecundum ipſas operantur animalia.

3 Alia quidem, quia non habent intellectum, vt beſtiæ,

Digitized by Google

ne ſola ratione, & eſſentia. Neq; enim quæſtionem hanc repetere hoc loco neceſſe eſt, quam alibi diſcuſſimus, ac determinauimus. Sed quoniam partem animæ intellectiuam, quatenus proprium reſpicit obiectum, & operationem conſideramus, 4 quam ipſa habeat eſſentiam, ac naturã in ordine ab obiectũ intelligibile ſumpta, & quomodo in actum reducatur, ipſaq; intellectio fiat diligenter examinare, atque diſcutere oportet. Vt igitur intellectus naturam, ac ſubſtantiam inueſtigemus.

Notandum eſt, 1 quoniam intelligere quemadmodum, & ſentire contingit, aut ipſum intelligere in quadam motione, ac paſſione ab intelligibili obiecto prodeunte conſiſtere, aut in quodam alio huiuſmodi. a Sicut enim ſenſus potentia cognoſcitiua eſt, quæ non ſemper actu cognoſcit, ſed quandoq; actu, quandoque potentia eſt; ſic etiam intellectus, & potentia cognoſcitiua eſt, & non ſemper actu intelligit, ſed actu aliquando intelligit, cum prius nullo modo intelligeret. Quamobrem cum ſentire in quadam paſſione perfectiua conſiſtat, quatenus obiectum ſenſibile afficiendo ſenſum in actum ſenſationis deducit, & intelligere ob perfectiuã quandam exiſtet paſſionem, quam ab intelligibili obiecto patiens intellectus in actũ intel-

dum magnitudinem, ſed ſecundum rationem,

4 conſiderandum eſt quam habeat differentiam, & quomodo fiat ipſum intelligere.

Tex. 2.

1 Si igitur eſt ipſum intelligere, ſicut ſentire, aut pati aliquid vtique erit ab ipſo intelligibili, aut aliquid aliud tale.

a Themiſtius S. Thomas.

intellectionis prodit. Etſi verò ſenſus determinato affixus organo patiatur, intellectus autem abſque certo, cui ſit alligatus organo obiecti motionem recipiat, atque hæc inter ſenſus, & intellectus motionem diſſimilitudo inſit; ea tamen ratione vtraque ſimilis motio eſt, qua id, quod probare intendimus requirit.

Quoniã[1] igitur intelligere pati quoddam perfectiuum eſt,[a] impaſſibilis, ſeu inaffectus, omniſque affectionis expers intellectus erit, nullam ſpeciem intelligibilem, vt ſibi innatam obtinens, ſed omnium ſuapte natura ſpecierũ ſuſceptiuus; atq; ad eas in potentia exiſtens haud vlli intelligibilis obiecti naturæ permixtus. Atque vt abſolute dicam, ſicut ſenſitiuum, ſeu id, quod ex ſenſu, ac ſenſorio conflatum eſt, ab obiectis ſenſibilibus ſeiunctũ videtur, ea poteſtate continens, actuq; ſuſcipere valens; ita & intellectus ab intelligibilibus denudatus obiectis eſt, atq; ad ea ſuſcipienda potentiam habet.

Ex his quoniam intellectus res omnes præter ſeipsũ ipſum, vt primariũ reſpicit obiectũ, quatenus illa ad primarium intellectus obiectũ ſpectant, quæ ipſum mouere apta ſunt per ſpeciem aliquam certam, ac determinatam, in qua ſiue ſecundum quidditatẽ propriã,

ſiue

Tex. 3.

1 Impaſſibilem ergò oportet eſſe, ſuſceptiuum autem formæ, & potentia huiuſmodi, ſed non hoc.

a Simplicius.

2 Et ſimiliter ſe habere, ſicut ſenſitiuum ad ſenſibilia,

3 ſic intellectum ad intelligibilia.

Tex. 4.

1 Neceſſe eſt itaque, quoniã omnia intelligit, immixtum eſſe,

ſiue ſecundũ aliquid ſui relucent, a maniſeſtum eſt immixtum ſimpliciter intellectum eſſe, omnique intelligibili carere obiecto à quo ſuapte naturà ſecundũ propriam entitatem differt. 2 Atq; hoc reſpexit Anaxagoras, qui confuſam rerum ſimilarium permixtionem ab intellectu Diuino ſecretam fuiſſe, itàque genitum aſſerens mundum, ex illis haud ſimilaribus conflatum partibus intellectum poſuit, 3 vt & confuſæ, ac permixtæ imperaret materiæ, 4 & ea cognoſceret, quæ ad libitum mouere, ac ſecernere poterat. Demonſtratio autẽ, quam ad intellectus immixtionem probandã attulimus, eõ innititur fundamẽto, quo ſentiunt omnes quicquid ab aliquo per ſe, ac primo pati, illudq; ſuſcipere aptum eſt, ſeiunctum ab eo, ac denudatum eſſe. Huius propoſitionis veritas in potentijs cognoſcitiuis, quæ patiendo ab obiectis cognoſcunt, manifeſta eſt. 5 Quia enim potentia vnaquæq; certum, ac determinatum reſpicit obiectum, à quo per ſe, ac primo patitur, ſi iuxta ipſam primarium exiſtat obiectum, vt quid eſſentiale repræſentatum potentiæ, & in ea receptum, b prohibet ne amplius eadem potentia ſuſcipere ipſum, ac pati ab extrinſeco poſſit. Hoc in ipſa potentia viſiua declarari poteſt. Nam quia potentia hęc ad colores,

vt ad

a *Alexander 2. de anima c. 13. Themiſtius Simplicius.*

2 ſicut dicit Anaxagoras.

3 vt dominetur.

4 Hoc autem eſt, vt cognoſcat.

5 Nam alienum iuxta apparens prohibet, & obſtruit.

b *Alexander 2. de anima c. 13. Auerroes.*

Digitized by Google

vt ad primarium dirigitur obiectum, ſi aliquem innatum, atq; inſitum haberet colorem, incapax omnino coloris eſſet, ipſumq; ſuſcipere nullo modo poſſet. Neq; enim fieri poteſt, vt potentia, quæ ad primarium aliquod obiectum dirigitur à quo perfici, atque actuari poteſt, ab eo eſſentialiter actuata ſit, niſi eandem receptiuam potentiam aliquid ſimul in propria ſubſtantia obtinere, atq; ad ipſum ſuſcipiendum in potentia eſſe fateamur. Quoniam igitur intellectus ad omne intelligibile, quatenus per ſe, ac primario in proprijs repræſentatum ſpeciebus intelligibile eſt, tanquam ad primarium dirigitur obiectum, ſi ſpecies alicuius obiecti intelligibilis in propria ſubſtantia incluſas haberet, eas inceſſanter, ac perpetuò cognoſcens alias haudquaquam ſpecies recipere poſſet, quæ intelligibile repræſentarent obiectum. Quare intellectus ab omnibus intelligibilis obiecti ſpeciebus ſeiunctus, ac denudatus eſt, vt aptus ad omnia intelligibilia ſuſcipienda exiſtat.

Tex. 5.
1 Quare neq; ipſius vlla eſt natura, niſi hac, quod poſſibilis.

Atq; [1] hanc propterea intellectus habebit naturam, quatenus intelligibilia reſpicit obiecta, vt nullum actu obiectorum intelligibilium in propria ſubſtantia includat, ſed in pura ſit potentia ad omnia ſuſcipienda, quæ in ipſis repræſentata ſpeciebus primo, ac per ſe intel-

intelligibilia ſunt.² Quamobrem intellectus,³ non is quidem, qui abſtractis competit ſubſtantijs, ſed qui humanæ pars animæ eſt, quo ratiocinatur, & exiſtimat homo,³ antequã prorſus intelligat, nullum actu obiectorum intelligibilium, nec eſſentiale, nec extraneum includit, ſed potens eſt omnia recipere, atque intelligere, ad quæ primò, ac per ſe dirigitur.

Ex his¹ iure colligitur, intellectum ſecundum operationem, ac ſpecierum ſuſceptionem cum corpore mixtum nõ eſſe, hoc eſt, ſpecies intelligibiles, & operationẽ ab intellectu elicitã haud in corpore animato, quemadmodum reale vnumquodque accidens, ſed in ipſa dumtaxat anima ſuſcipi. Manifeſtum ſanè hoc eſt.² Nam ſi ſpecies intelligibiles in ipſo reciperentur corpore, intellectus eſſet qualis, hoc eſt, mixtus cũ intelligibilibus obiectis. Quia enim ſpecies in corpore qualitatibus proprijs affecto ex neceſſitate inſunt, commixtus vtiq; intellectus erit cum certa quadam naturali temperie calidi, & frigidi; ſecundum quã medio corpore ſpecies rerum ſuſcipit, & aliquod proinde intelligibile obiectum eſſentialiter adnexum habebit ex ijs, quæ intellectus per ſe, ac primario intelligere aptus eſt. At hoc impoſſibile omnino videtur;

2 Qui igitur vocatur animæ intellectus, dico autem intellectum, quo intelligit, & exiſtimat anima,

a S. Thomas.

3 nihil eſt actu eorum, quæ ſunt, antequam intelligat.

Tex. 6.

1 Vnde neq; rationabile eſt ipſum mixtum eſſe cum corpore.

2 Qualis enim quidam vtiq; fieret, calidus, aut frigidus,

quandoquidē intellectum ab omni intelligibili obiecto denudatum eſſe oſtendimus, quod ad primarium ipſius obiectum pertineat, ergò intellectus ita corpori admiſceri nequit, vt ſpecies ad intellectionē efficiendam requiſitæ in corpore animato inſint, eadem ratione, qua ſenſibiles rerum ſpecies in ipſo animato corpore ſuſcipi contingit. Præterea ſi intellectum in operando corpori admixtum eſſe concedatur, ita vt ſpecierum ſuſceptio in corpore animato fiat, 3 concedenda vtique erit certa corporis pars, in qua ſola recipiantur ſpecies, & proprium organum, cui vt ſenſitiuæ potentiæ alligatus intellectus operetur. Neq; enim omnes corporis partes ad intelligibiles ſpecies ſuſcipiendas aptæ ſunt, quemadmodum nec ſenſibiles pati ſpecies queunt. 4 At nulla eiuſmodi pars in corpore aſſignabilis eſt, quæ intellectus organum dicatur, cū experientia ex diſſectionibus conteſt in homine propriā haud partem reperiri, quæ ipſi duntaxat homini competēs intellectui, vt organum ad intelligendū inſeruire poſſit, ergò intellectus corpori admixtus non eſt ad propriam operationem edendam, & ad ſpecies intelligibiles ſuſcipiendas. 5 Quoniam igitur ſpecies intelligibiles in ſola ſuſcipiuntur anima, a recte quidem ſenſerunt Veteres

3 Et ei inſtrumētum aliquod eſſet, ſicut ſenſitiuo.

4 Nunc autem nullum eſt.

5 Et benè vtique, qui dicunt animam eſſe locum formarum:

a S. Thomas.

teres animam formarum, & ſpecierum eſſe locum affirmantes. Sed tamen hoc de omni anima indiſtinctè aſſerentes errarũt. [6] Non enim ſenſitiua anima ſpecierum locus eſt, quandoquidem corpus animatum ſit, in quo ſenſibiles recipiuntur ſpecies; [7] ſed intellectiua dũtaxat anima, quæ proprium non habet organum, in quo intelligibium ſpecierum ſuſceptio fiat. Atque in eo quoq; defecerunt Veteres actu animæ ſpecies ineſſe dicentes. [8] Neque enim actu anima, ſed poteſtate ſolum ſpecies rerum continet, quemadmodũ ſtatutum eſt.

At [1] verò ex ſenſorijs, ac ſenſu actu operante non eodẽ modo intellectum, ac ſenſum impaſſibiles, atque inaffectos eſſe manifeſtum eſt. [2] Nam ſenſus poſt vehemens ſenſibile non poteſt ſentire ſenſibile minus, [3] vt ſonum minorem poſt magnum ſonum, ac debilem odorem poſt fortẽ odorem, alioſq; colores poſt vehementem lucem. [4] Intellectus autem poſtquam intellexit excellens aliquod intelligibile, non ſolum ab aliorum intelligibilium cognitione non impeditur, ſed potius perficitur, eaq; melius intelligit. Ratio eſt, [5] quia ſenſus nõ ſine corpore ſenſationes edit, ſed ſpecies ſenſibiles mediante organo corporeo ſuſcipit. Quare cum à vehementi ſenſibili magnum imprimente

6 niſi quod non tota.

7 ſed intellectiua,

8 neque actu, ſed potentia formæ.

Tex. 5.

1 Quod autem non ſimilis ſit impaſſibilitas ſenſitiui, & intellectiui, manifeſtum eſt ex ſenſorijs, & ſenſu.

2 Senſus enim non poteſt ſentire ex vehementi ſenſibili,

3 vt ſonum ex magnis ſonis, neque ex fortibus odoribus, & coloribus videre, aut odorari.

4 Sed intellectus, cũ aliquid intellexerit valdè intelligibile, non minus intelligit inferiora, ſed & magis.

5 Senſitiuum enim non ſine corpore eſt,

Digitized by Google

motum ſenſorij temperies, ac proportio diſſoluatur, ſenſitiua læditur potentia, quæ proinde circa ſenſibile minus haud rectam elicere ſenſationē poteſt. [6] Intellectus vero abſque corporeo operatur organo, & ſpecies intelligibiles in ſeipſo recipit. Quare cum eius operatio ab aliqua temperie qualitatum minimè dependeat, quæ ſit ſpecierum intelligibilium ſuſceptiua, ab excellenti intelligibili, quod vehementer ſit motiuum, deſtrui, ac lædi intellectus non poterit, ſed potius perficietur, atq; promptior ad alia percipiēda intelligibilia euadet. Ex quibus patet ſenſum corporeo affixum organo primarum temperiei qualitatum addicto, qua ſenſibiles rerū ſpecies ſuſcipit, ſecundū quid ſolum inaffectum eſſe, proprioq; duntaxat, ac determinato carere obiecto; intellectum verò nulli certæ, ac determinatæ corporis parti alligatum, ratione cuius intelligibilium ſit ſpecierum ſuſceptiuus, inaffectum ſimpliciter eſſe omnibus intelligibilibus deſtitutum obiectis, quæ per ſpecies proprias intelligibilia ſunt.

Iam intellectus natura, & eſſentia in ordine ad obiecta intelligibilia conſiderata, atq; ſtatu declarato, quo ante omnē prorſus cognitionē exiſtit, quomodo nūc intellectus in habitu intelligibilia reſpiciat obiecta, explicare oportet.

[6] hic autem ſeparabilis eſt.

Cum

Cum [1] igitur intellectus intelligibile aliquod obiectum factus eſt, quatenus ſpeciem ipſius repræſentatiuam ſuſcepit, eo modo, quo ſciens dicitur, qui actu ſcientiam habet; [2] quod ferè tum accidit, cum per ſeipſum nullo externo concurrente auxilio pro libito contemplari poteſt, exiſtentibus phantaſmatibus, quę ad animæ arbitrium ex memoriæ theſauro deprompta, atq; à phantaſtica virtute cognita intelligibiles in intellectu ſpecies vniuerſales rerum naturas repræſentantes producere poſſunt: cum inquam intellectus in habitu eſt, [3] tum & in potentia quodammodo videtur ad ipſa intelligenda obiecta, etſi nõ eodem modo, quo erat, antequam addiſceret à præceptore, aut ex ſeipſo inueniret. Prius enim in potentia remota erat ad ipſa intelligenda obiecta, quatenus phantaſmatibus indigebat, quibus per intelligibilium ſpecierum productionem ad operandum excitaretur, exiſtens autem in habitu ob phantaſma tum præſentiam, quæ ſcitarum rerum intelligibiles queunt ſpecies imprimere in proxima ad intelligendum potentia eſt. [4] Id verò intellectui exiſtenti in habitu conuenit, [5] vt cum intelligibilia in proprijs repræſentata ſpeciebus, contemplatur obiecta, eaque quodammodo factus eſt, ſeipſum per accidens, & ſecun-

Tex. 8.

1 Cum autem ſic ſingula factus eſt vt ſciens dicitur, qui ſecundum actum:

2 hoc autẽ tum accidit, cum poteſt operari per ſeipſum:

3 eſt quidem, & tunc potentia quodammodò, non tamen ſimiliter, vt & erat antequàm addiſceret, aut inueniret.

4 Et ipſe autem ſeipſum tum poteſt intelligere.

Digitized by Google

ſecundario intelligat. Cum enim obiectum, cuius propriam habet ſpeciem intelligit, ipſumque fit, reflexione quadam ſe intelligere cognoſcit. Quare, & eam eſſe intellectus naturam percipit, qua fieri omnia, eaque intelligere aptus eſt. Ex quo patet per accidens intellectum ſeipſum cognoſcere, quatenus per propriam haud ſpeciem ſe intelligit, ſed per aliorum ſuſceptionem obiectorum, quibus cognitis ad propriam quoque percipiendam naturam ſe conuertit.

Ex his manifeſta eſt intellectus eſſentia in ordine ad obiecta intelligibilia conſiderata, & quomodo ante rerum cognitionem, ac ſpecierum ſuſceptionem intellectus ſe habeat, atque in habitu exiſtens intelligibilia reſpiciat obiecta, declarauimus. ᵃ Iam quomodo intellectus in actum exeat, ipſaque intellectio fiat, explicandum eſt. Hoc verò, vt aſſequamur, quomodo intellectus compoſitum ſingulare, & confuſum, in eoque exiſtentem quidditatem cognoſcat, determinandum eſt.

ᵃ *Philoponus.*

Quoniam [1] igitur aliud eſt magnitudo, & magnitndini eſſe, aqua, & aquæ eſſe, ᵃ hoc eſt, aliud compoſitum ſingulare, ſeu concretum ex ſubſtantia, & accidentibus confuſum, & quidditas, ſeu forma compoſiti materia, & conditioni-

Tex. 9.
1 Quoniam autem aliud eſt magnitudo, & magnitudini eſſe, aqua, & aquæ eſſe,
ᵃ *Themiſtius Auerroes. S. Th.*

tionibus materialibus, tanquam ſui par te deſtituta, non tamen, vt vehiculo, & conditione ob quam propriam habet naturam, 2 & ſic etiam in multis alijs contingit, 3 non tamen in omnibus, in quibuſdam enim idem eſt caro, & car ni eſſe, ſeu quidditas, & habens quidditatem, vt in ſubſtantijs abſtractis, in quibus, cùm materia non ſit, quidditas ab eo cuius quidditas eſt, differre non poteſt: quoniam inquam, hæc ita ſe habent, 4 neceſſarium eſt intellectum, aut alio, atque alio exiſtente motore intelligibilem imprimente ſpeciem ad hæc intelligenda excitari, aut eodem quidē motore, aliter tamen, & aliter ſe habente. 5 Caro enim non ſine materia eſt, ſed eam, vt partem ſui cōſtitutiuam includit, vt ſimum, quod ex curuitate, ac naſo compoſitum eſt, ideoq; formam continet in ipſa exiſtentem materia. Cùm ergò caro, quæ ſingulare compoſitum eſt, ſeu concretū confuſum, quid ſenſibile ſit, eius autem quidditas intelligibilis, hæc diuerſitas cognoſcibilitatis gradum variabit. Quare intellectus eodem exiſtente motore, aut eodem modo ſe habente, vtrumq; haud poterit cognoſcere.

Intellectus 1 igitur compoſita ſingularia, & concreta, vt calidum, & frigidum, & ea, quorum proportio, ac tem-

2 ſic autem & in mulus alijs,

3 ſed non in omnibus, in quibuſdam .n. idem eſt eſſe carni, & carnem:

4 aut alio, aut aliter habente diſcernit.

5 Caro enim non ſine materia eſt, ſed ſicut ſimum, hoc in hoc.

Tex. 10.

1 Senſitiuo igitur calidum, & frigidum iudicat, & quorum ratio quædā ipſa caro.

temperies ipſam carnem conſtituit, ſolo concurrente phãtaſmate ad eorum ſpeciem repræſentatiuam imprimendã cognoſcit. [2] At formam, & quidditatem carnis motore alio à phantaſmate ſeparato, ac realiter diſtincto percipit, aut eodem concurrente phantaſmate, aliter tamen ſe habente, eo modo, quo ſe habet circũflexa, & fracta linea ad ſeipſam, cum extenſa, ac recta fuerit. Vt enim phantaſma propria virtute intellectum mouet ad cognitionem carnis, lineæ rectæ iure aſſimilatur, ſimplici, ac recto ipſius ad intellectum poſſibilem tranſitu exiſtente. Vt verò ſpeciẽ quidditatis repræſentatiuam nobilioris agẽtis virtute producit, quæ in ipſo quodammodo fracta, ac reflexa cum eo ſimul ad mouendum intellectum concurrit, perinde, ac lumen, quod in ſpeculo reflexum ipſius colorem ad ſpecies ſenſibiles producendas adiuuat, fractæ lineæ meritò ſimile videtur.

2 Alio autem, & ſeparabili, aut vt circumflexa ſe habet ad ſeipſam cũm extenſa fuerit, eſſe carnis diſcernit.

Hoc [1] idem in Mathematicis, quæ per abſtrationẽ à materia ſenſili cognoſcuntur accidit. Nam quemadmodum ſimum ſenſibilem inuoluit materiam, tanquam ſui partem conſtitutiuam, ſic, & rectum intelligibilem includit materiam, [2] nempe continuum, ex quo rectum, vt materia conſtat. [a] Quæ non ex eo intelligibilis dicitur, quod à ſolo intel-

Tex 11.
1 Iterum autem in ijs, quæ in abſtractione ſunt, rectum vt ſimum.

2 Cum continuo enim eſt.

a S. Thomas Auerroes.

intellectu percipiatur, ſed quod à qualitatibus ſenſibilibus, ac materialibus ſuapte natura ſeiuncta; non ab exterioribus quidem ſenſibus, ſed ab interioribus dumtaxat apprehendi, & cognoſci queat. 3 Ipſa autẽ recti quidditas, quoniã rectum à recto eſſe differt, aliud à recto eſt, 4 vt dualitas rectæ lineæ, quę ex æquo inter duo puncta iacet. Intellectus igitur ſolius phãtaſmatis propriã ſpeciem imprimentis auxilio ipſum rectum cognoſcit, 5 quidditatem verò, aut alio diſtincto nobiliori agẽte, à quo excitetur, ac determinetur intellectus ad operandum iudicat, aut eodem phãtaſmate aliter ſe habente nobilioris alicuius agentis virtute illuſtrato, ac ſpeciem quidditatis repræſentatiuam producendi facultatem nacto. 6 Manifeſtũ igitur ex dictis eſt,[b] quẽadmodũ res sũt magis, vel minus à materia pẽdẽtes, ita ab intellectu magis, vel minus cum materia cognoſci. Quia enim res naturales à materia ſenſili qualitatibus affecta, vt vehiculo, & conditione, ob quam propriam habent naturam maximè pendent, eas intellectus ſine tali materia nõ cognoſcit. Quia vero res mathematicæ à ſenſili materia ſecundum propriam eſſentiam non dependent, ſed à materia ſolum, quam interiores percipiunt ſenſus, eas idcirco intellectus, non hac

3 Ipſum aũt quid erat eſſe, ſi eſt alterum recto eſſe, & rectum, aliud.

4 Sit enim dualitas.

5 Altero itaque, aut aliter ſe habente iudicat.

6 Omninò ergò vt ſeparabiles ſunt res à materia, ſic quę circa intellectum.

b *Themiſtius Aueroes S. Th.*

quidem materia, ſed ſenſili tantummodo ab exterioribus cognita ſenſibus denudatas intelligit.

Tex. 12.

1 Dubitabit autem vtiq; aliquis ſi intellectus ſimplex eſt, & impaſſibilis, & nihil quicquàm habet commune, ſicut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, ſi intelligere pati quoddam eſt?

2 In quantum enim aliquid commune vtriſq; ineſt, hoc quidem agere, illud verò pati videtur.

Dubitabit [1] autem aliquis, ſi intellectus ſimplex, ac purus eſt, & cum obiectis intelligibilibus immixtus, nihilque cum eis commune habens, quo vt refert Anaxagoras affectus ſit, quomodo intelligere poſſit, ſi intelligere quoddam pati eſt? [2] Non enim patitur aliquid ab aliquo agente, niſi aliquid ſit vtriſque commune, in quo ambo conueniant. Quoniam igitur omne patiens duas habet partes, vnam ipſi communem cum agente, alteram in qua diſcrepat, intellectus verò ſimplex, ac purus eſt, & nihil habet cum obiectis intelligibilibus commune, ab eis vtiq; pati non poterit.

Tex. 13.

1 Amplius autem, ſi intelligibilis, & ipſe.

2 Aut enim, & alijs inerit intellectus, ſi non ſecundum aliud ipſe intelligibilis ſit,

3 vnum aũt quoddã ſpecie ipſum intelligibile,

Præterea [1] cum intellectus ſeipſum intelligat, dubitabit etiam aliquis, an per eandem rationem intellectus ſit, & intelligibilis exiſtat, an potius per aliã ſit rationem intellectus, per aliam verò intelligibilis. Vtrumuis dicatur in maximas difficultates incidimus. [2] Nam ſi per eãdem rationem ſit & intellectus, & intelligibilis, alijs quoq; rebus, quæ intelligibiles ſunt, ratio intellectus inerit. [3] Intelligibile enim, quatenus intelligibile eſt, ſignificat vnam naturam, & in omnibus intelligibilibus vna ſecũdum ſpeciem eſt ratio ipſius intelligibilitatis

Digitized by Google

litatis. Cum ergò intellectus per eãdem rationem ſit intelligibilis, per quam intellectus eſt, & ratio, qua eſt intelligibilis, eadem ſit, qua aliæ res intelligibiles ſunt, & aliæ quoque res intelligibiles intellectus erunt. 4 Si verò per aliã rationem ſit intellectus, & per aliam intelligibilis, haud ſimplex intellectus erit, ſed ex duabus conſtans naturis, quarum altera intellectus, altera autem intelligibilis exiſtat, eadem ratione, qua res aliæ intelligibiles ſunt.

4 aut aliquid mixtum habebit, quod ipſum facit intelligibile, ſicut alia.

Ad 1 priorem ergò dubitationem a reſpondeo intellectum ab intelligibilibus obiectis ſecundum eam, quam cum ijs habet conuenientiam, vt prius determinatum eſt, pati, 2 quoniam intellectus intelligibilia quodammodo potentia eſt, ſed actu nullum, antequam ipſa intelligat. Vnde cum ſit potens omnia fieri, & in ipſamet intelligibilia obiecta, ſuſceptis eorum ſpeciebus transformari, talis potentia erit, qualia ſunt actu obiecta, ijſq; ſimilis videbitur eiuſdem perfectionis capax, quã actu continent obiecta, à quibus pati, ac moueri poteſt. Ea enim inter patiens, & agens requiritur conuenientia, vt agenti aſſimilari queat patiens, eandemq; ſit aptum perfectionẽ ſuſcipere, quæ actu in agente ineſt. 3 Neceſſe autem eſt, quemadmodum tabella, in qua nihil deſcriptũ eſt,

Tex. 14.
1 An pati quidem ſecundũ commune aliquid diuiſum eſt prius:
a Simplicius.

2 quoniam potentia quodammodo eſt intelligibilia intellectus, ſed actu nullum, antequam intelligat.

3 Oportet autem ſic, vt in tabula, in qua nihil eſt deſcriptum actu.

eſt, nullam actu habet ſcripturam, ſed eſt in potentia ad omnem ſcripturam, 4 ita & intellectum in potentia eſſe ad omnia intelligibilia, eorumq; nullum actu in propria eſſentia includere.

4 Quod quidem accidit in ipſo intellectu.

Tex. 15.

1 Et ipſe etiam intelligibilis eſt, ſicut ipſa intelligibilia.

Ad 1 poſteriorem vero dubitationẽ, reſpondeo intellectum actu operantem ſecundum eandem rationem intellectũ, & intelligibilem eſſe, eodemque modo intelligibilem videri, quo alia intelligibilia ſunt, atque actu cognitum obiectum intellectum in actu quodammodo eſſe. 2 Nam in exterioribus obiectis, quę abſq; materia in intellectu exiſtunt, atque ab ipſo cognoſcuntur, idem eſt intellectus, & obiectum intellectum. Quemadmodum enim intellectus actu operans per ſe, ac primario intellectus eſt, ſecundario autẽ intelligibilis, quatenus ipſum actu intelligibile obiectum fit; eadem ratione obiectum actu cognitum per ſe, ac primario intelligibile eſt, ſecundario autem intellectus, quatenus ipſe fit quodammodo intellectus. Dedeclarari hoc poteſt, 3 nam ſcientia ſpeculatiua, ſeu intellectio idem eſt cum ſcibili per ſpeciem in anima exiſtente, actuq; ab ea intellecto, cum ſcibile actu intellectum per intellectionem fit, at intellectus in actu ipſa intellectio eſt, ergò intellectus in actu idem eſt cum obiecto actu intellecto. Quare vt intelligibilis intel-

2 In ijs enim quæ ſunt ſine materia, idem eſt quod intelligit, & quod intelligitur.

3 Scientia namque ſpeculatiua, & ipſum ſcibile idem eſt.

intellectus eſt, & actu intellectus intelligibile obiectum erit, late quidem intellectus in actu vocabulo ſumpto, qđ intellectui dumtaxat præſentis obiecti iudicium eliciēti proprie conuenit. Nā vt intellectus lato modo dicitur fieri obiectum, cum ab eo prorſus diſtingua tur, ſic etiam obiectum fieri intellectus dicitur, etſi haud intellectionē formet.

Tex 16.

Ex [1] his oritur quęſtio conſideratione digna, cur intellectus ſeipſum haud ſemper intelligat. Si enim idem eſt intellectus in actu cū intelligibili in actu, cur non ſemper intellectus in actu exiſtens ſeipſum intelligit? Sed huius quęſtionis ſolutio facile ex dictis colligi poteſt. Neceſſe eſt enim intellectū cum ſeipſum intelligit ſupra intellectionem propriam reflecti. At hoc haud ſemper contingit, cum intellectus in actu eſt, & pręſens contemplatur obiectum. Vt verò ad prioris difficultatis ſolutionem perficiendam redeamus. [2] Aduertendum eſt, obiecta quæ materialia ſunt, atque extra animam exiſtunt, potentia dumtaxat intelligibilia eſſe. [3] Quare actu quidem illis ratio intellectus haudquaquam inerit. [4] Nam ratio intellectus in actu exterioribus competit obiectis, cū ſine materia in animo inſunt, actuq; intelligibilia ſūt. [5] Vnde illis verè actu intelligibile, atq; intellectū eſſe conuenit.

1 Cur autem non ſemper intelligat, cauſa conſideranda eſt.

2 In habentibus autem materiam potentia ſolum vnumquodq; eſt intelligibilium.

3 Quare illis quidem nō inerit intellectus.

4 Sine materia enim potentia eſt intellectus talium.

5 Illi autem intelligibile inerit.

Ex

Ex his quomodo intellectus intelligat, & ab intelligibilibus patiatur obiectis quoquo modo explicatum eſt. Sed quoniam phantaſmata ſpeciem repræſentatiuam quidditatis imprimere in intellectu apta non ſunt, atque nobilius aliquod requirunt agens, à quo eleuari ad hoc præſtandum munus queant, vt perfecte modum aſſequamur, quo intellectus in actum ducitur, ipſaq; intellectio fit, de natura, & exiſtentia intellectus agentis, virtute cuius phantaſmata exiſtentem in potentia intellectũ mouent, quantum Philoſopho naturali conuenit, agendum eſt.

Tex 17.

1 Quoniam autem, ſicuti in omni natura eſt aliquid, hoc quidem materia vnicuiq; generi, id autem eſt quod potentia omnia illa, alterum autem cauſa, & factiuum faciẽdo omnia,

a *Alexander 1. de anima c. 27. Themiſtius Auerroes.*

Quemadmodum [1] igitur in tota rerũ naturalium conſiſtentia, [a] vt iam fuſe probauimus, vnica exiſtit materia, quæ res omnes naturales fieri apta eſt, & ei correſpondet agens ducens eam de potentia in actum, ita ſingillatim in vnoquoq; genere contingit, vt cum aliqua exiſtit materia, quæ ad omnia illius generis potentiam habeat, efficiens quoq; neceſſario ſit cauſa, quæ materiam de potentia in actum, ad quem in illo genere ſuapte natura ordinatur, ducere queat. [2] Vt enim ars ſingula ſe habet ad propriam materiã in artificialibus, quatenus in artificis exiſtẽs animo principium actiuum eſt, à quo omnes illæ prodeunt formæ, quarum eſt capax

2 quod ars ad materiam paſſa eſt,

mate-

materia, ita & in naturalibus ſe habet agens ad propriam cuiuſque materiam, vt eam ad proprium ſuſcipiendum actũ deducat. 3 Quare cum in anima poſſibilis intellectus detur, qui omnia intelligibilia fieri aptus eſt, intellectus quoq; agens neceſſario erit, qui ipſum de potentia in actum ducat.

Atque 1 hic quidem intellectus paſſiuus eſt materiæ locum habens, quatenus omnia obiecta intelligibilia fieri aptus eſt, 2 alter verò actiuus, quatenus obiecta, quæ potẽtia intelligibilia ſunt, actu poteſt intelligibilia facere. 3 Similis verò habitui, ſeu perfectioni, ac lumini intellectus agens videtur. 4 Sicut enim lumen tanquam forma, ac perfectio coloribus vnitum, eos potentia exiſtentes colores facit actu quodammodo colores (facit enim ipſos actu viſibiles, cum prius potentia tantum viſibiles eſſent) quia ſimul cum eis vnum agens totale adæquatum conſtituit potẽs producere ſpeciem ſenſibilem in oculo: ita intellectus agens tãquam forma, ac perfectio phantaſmatibus vnitus ea, quæ potentia tãtum intelligibilia erant, actu intelligibilia facit, quia ſimul cum eis vnum agens totale conſtituit productiuum ſpeciei intelligibilis, in qua non modò compoſitum, ſeu concretum ſingulare, & confuſum appareat, ſed om

nes

3 neceſſe eſt & in anima has exiſtere differentias.

Tex. 18.

1 Et eſt quidam talis intellectus, quia omnia fit,

2 Quidam verò, quia omnia facit,

3 vt habitus quidam, quale eſt lumen.

4 Quodam enim modo & lumen facit potentia exiſtentes colores, actu colores.

Digitized by Google

nes in ea quidditates clarè, ac diſtinctè eluceant. Etſi enim phantaſmata rei ſingularis, & confuſæ ſpeciem imprimere in intellectu poſſint, eam tamen omniũ quidditatum diſtinctè repræſentatiuam efficere nequeunt, niſi ob intellectus agentis vnionem perficiantur, atque illuminentur.

Sed iam ad intellectus agentis naturam, & eſſentiam declarandam quaſdã ipſius conditiones leuiter attingentes tranſeamus.

a S. Thomas.

Tex. 19.

1 Et hic intellectus ſeparabilis eſt, & immixtus, & impaſſibilis,

a Alexander 1. de anima. c. 27.

2 ſubſtantia actio exiſtens.

Intellectus [1] ergò agens ab omni corpore, [a] ac materia ſeparatus eſt, prorſus immixtus omniſq; paſſionis, & corruptionis expers; [2] quandoquidẽ ſubſtantia eſt, cuius actio à propria eſſentia ipſius non differt, eique eſſentialiter cõpetens inceſſanter, ac perpetuò ineſt. Manifeſtum ſanè hoc eſt: [3] nam ſemper agens eſt nobilius patiente, & principium materia, cui proprium, ad quem ordinatur, actum tribuit, at poſſibili intellectui aliquando conuenit, vt propria intellectio ſit, cum intellectus agentis virtute intelligibilia factus obiecta in actum propriæ operationis exit, ergò intellectus agens eſſentialiter, ac ſubſtãtialiter propria actio eſt. Clara videtur minor, [4] nam ſcientia in actu, ſeu intellectio idem eſt cum obiecto per ſpeciẽ in anima exiſtente, actuque ab ea intellecto,

3 Semper enim honorabilius eſt agens patiente, & principium materia.

4 Idem autem eſt ſecundum actum ſcientia cum re ipſa.

lecto,

lecto, quare ſi idem cum obiecto intellectus eſt, & cum ipſa quoq; intellectione idem erit.

At [1] verò quoniam ſcientia, & intellectio, quæ potentia eſt in vno, & eodem ſingulari homine, prior eſſe tempore videtur, quam ſcientia in actu, idẽ eſſe nequit cum obiecto intellecto. [2] Etſi nec tẽpore ſimpliciter loquendo ſcientia in potentia actualem præcedat ſcientiam, cum ea natura, ac perfectione poſterior exiſtat. In quocumq; enim ſingulari homine, quæ potentia ineſt ſcientia ſubſequitur eam, quæ actu in aliquo alio reperitur homine. Quare manifeſtũ eſt intellectum poſſibilẽ propriam haud quaquam intellectionem eſſe, quatenus potentia eſt, ſed ſolum quatenus actu exiſtens contemplatur obiectum. [3] Hoc autem modo [a] non ſe habet intellectus agens, vt quandoque intelligat, quandoque verò non intelligat, ſed propria eſſentialiter operatio eſt, actuq; ſemper intelligit. Præſtantiori enim modo hanc ei proprietatem ineſſe, quàm intellectui poſſibili oportet, qui tum propria videtur actio, cum intellectus agentis virtute intelligibile factus obiectum operatur. [4] Quamobrem ſolus intellectus agens ab omni materia ſeparatus propria quidditas eſt, & omni carens potẽtia immortalis, ac perpetuus videtur, cũ

Tex. 20.

1 Quæ verò ſecundũ potentiam tẽpore prior in vno eſt.

2 Omnino autem neque tempore.

3 Sed nõ aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit.

a *Themiſtius.*

4 Separatus autem eſt ſolum hoc, quod quidem eſt, & hoc ſolum immortale eſt, & perpetuum.

Digitized by Google

tamen intellectus poſſibilis in ſua actione ab agẽte dependens, immo & ab ipſo corporeo phantaſmate, ſit proinde materię, corporiquè immerſus, & natura exiſtens potẽtia interitui corruptioniq; pateat. [b] Sed aliquis exiſtimans intellectionem agentis intellectus, intellectionem hominis eſſe, quæret ob quam cauſam non recordemur eorum quæ ante noſtri corporis productionem intellectus agens nouit? [5] Reſpondeo eorum, quæ intellectus agens nouit, antequam eſſemus in hanc lucem editi, nos haud reminiſci, quoniam etſi agens intellectus impaſſibilis, atq; immortalis ſit, hominiſq; generationem præceſſerit, [6] paſſiuus tamen intellectus corruptibilis eſt, ſimulq; genitus cum ipſo fuit corpore, [7] atq; ſine eo intellectus agens intelligibiles ſpecies producere, & humanam intellectionem efficere nequit. Non enim intellectus agens communicat nobis propriam intellectionem, ſed intelligibilibus ſpeciebus productis ad intellectionem efficiendam concurrit, quam poſſibilis intellectus elicit.

b Simplicius.

5 Non reminiſcimur autem, quia hoc quidem impaſſibile eſt,

6 paſſiuus verò intellectus corruptibilis eſt,

7 & ſine hoc nihil intelligit.

Hactenus quomodo intellectio fiat, & intellectus poſſibilis in actum reducatur explicatum eſt. Iam diuerſos intellectionũ modos, qui ex diuerſitate obiectorum mouentium intellectum contingunt, explicare oportet.

Duæ

Digitized by Google

Duæ igitur intellectus operationes ſunt. Alia quidem indiuiſibilium intellectio, hoc eſt, ſimplex apprehenſio rei, quæ vnicum tantum habet terminum, & in plures cõceptiones diuidi nequit, vt hominis conceptio, in qua ſanè comprehenſione, falſitas non eſt, ſed veritas tantummodo, cum nulla intercedat coniunctio, & complexio prædicati cũ ſubiecto, ſed obiectum adęquate attingatur ab intellectu, qui ſimplicia, vt nullas habent partes, aut attingit tota, ſicq; vera intellectio eſt, aut nõ attingit, quo pacto ignoratio potius, quam falſitas ineſt. 2 Alia verò intellectus operatio plurium eſt conceptionum in vnũ quaſi coeuntium compoſitio, in qua veritas, aut falſitas reperitur, vt conceptio, qua de homine dicimus album. 3 Et quemadmodum Empedocles ſingula prius animalium membra ſeorſim genita, vt plura abſque ceruice capita, admirabili deinde concordia ſimul iuncta fuiſſe, atque animalia extitiſſe arbitratus eſt: 4 ita, & intellectum abſque vlla compoſitione res ſimplices apprehendere, atq; ipſas poſtea componere, ac enunciare putandum eſt, adeo vt ſi prius, & diametrum, & incommenſurabile cognouit, poſtea iungens diametrum incommenſurabilem eſſe dicat. a Immo ſicut ex illa membrorum compoſitione, quã inuc-

Tex 21.

1 Indiuiſibiliũ igitur intellectio in ijs eſt, circà quæ nõ eſt falſum.

2 In quibus autem falſum iã, & verum eſt, compoſito quędam iam eſt cõceptuum tanquàm vnum exiſtentium.

3 Et ſicut Empedocles dixit, verè multorũ quidem capita ſine ceruice germinauerunt, poſtea concordia ſunt compoſita,

4 ſic & hæc ſeparata componuntur, vt incõmenſurabile, & diameter.

a *Themiſtius 8. Th.*

inuexit Empedocles, equus, aut homo reſultabat, aptis, ac proportionem inter ſe habentibus partibus admixtis, exoriebatur autem monſtrum diſſimilibus, ac diſparatis iunctis partibus: ita ex ſimplicium conceptuum inter ſe cõuenientium compoſitione vera conſtat enunciatio, ex eorum autem connexione, quæ inter ſe haud conueniunt, falſa exiſtit propoſitio.

Tex. 12.
1 Si autem factorum, aut futurorum, tempus cointelligens eſt, & componens.

2 Falſum .n. in compoſitione ſemper eſt: etenim ſi album non album dixerit, ipſum non album compoſuit.
3 Cõtingit autem & diuiſionem dicere omnia.
a Simplicius Themiſtius.

4 Attamen non ſolum falsũ eſt, aut verum, quod albus Cleon eſt, ſed quòd erat, aut erit.

5 Quod autẽ quodq; vnum facit, hoc intellectus eſt.

Verum [1] ſi eorum, quę aut facta, aut futura ſunt compoſitio fiat, ſuperintelligere, & componere cum illis tempus illud oportet, adeo quod nõ modo veritas, aut falſitas inſit in cõiunctione ſubiecti, & prædicati, ſed etiam in tempore aſſumpto, vt cum Troianum bellum, aut fuiſſe, aut futurum eſſe affirmamus. [2] Etenim ſemper ineſt verum, aut falſum in compoſitione, atque non album eſſe album dicens ipſum album cum nõ albo componit. [3] Omnes verò compoſitiones [a] appellari quoque diuiſiones poſſunt, quandoquidem omnes in prædicatum, & ſubiectum reſolui aptę ſunt. [4] Quamobrem id certum eſt, verum, aut falſum in propoſitionibus ineſſe, aut ratione prædicati, quod cum ſubiecto iungitur, vt ſi Cleon eſſe album dicamus, aut ratione temporis, quo iunctum eſſe pronunciatur, vt cum fuiſſe, aut fore album aſſerimus Cleon. [5] Idem verò

rò intellectus eſt, [b] qui ſimplicia apprehendit, eaq; ſimul iungens componit.

Iam duplicem intellectus operationem in vniuerſum explicauimus. Nunc de vtraque ſingillatim pertractare oportet.

Ergò [1] indiuiſibile quod prioris [a] intellectus operationis obiectum eſt (ab hac enim exordium capere conueniens videtur) duobus dicitur modis, & potentia, & actu. [2] Et indiuiſibile quidẽ actu, quatenus actualis expers diuiſionis eſt, etſi potentia diuidi poſſit, vnica intellectione comprehendi aptum eſt. Intellectus enim magnitudinem, quæ indiuiſibilis actu eſt, in tempore indiuiſibili, ſeu continuato, ac minimè interrupto, & vnica intellectione percipit; [3] quandoquidem tempus, & magnitudo eodem fere modo potentia diuiſibilia, & actu indiuiſibilia ſint. [4] Quare cum quis vnicam intelligit magnitudinem, haudquaquam diuiditur intellectio, ſed vna, & eadem fit. [5] Neq; enim actu partes magnitudo continet, niſi diuidatur, ſed ſola potentia. [6] Quòd ſi diuiſa ſit magnitudo, eius partes ſeorſim acceptas percurrens, ac numerans intellectus diuerſis intellectionibus, diuerſiſq; temporis partibus intelligit, [7] atque tot neceſſario intellectiones, ac temporis partes ſunt, quot partes magnitu-

b Simplicius Themiſtius Auerroes.

Tex. 23.

1 Indiuiſibile autẽ quoniam dupliciter dicitur, aut potentia, aut actu,

a S. Thomas Themiſtius.

2 nihil prohibet intelligere indiuiſibile, cum longitudinem intelligit, (indiuiſibilis enim actu eſt,) & in tempore indiuiſibili.

3 Similiter enim tempus diuiſibile, & indiuiſibile eſt, atque longitudo.

4 Nõ igitur eſt dicere, quid in vtroq; dimidio intelligebat.

5 Non enim eſt, ſi non diuiſa ſit, niſi potentia.

6 Seorſum autem intellectus vtrumque dimidiorũ diuidit, & tempus ſimul.

7 Tunc autem vt longitudines.

8 Si verò vt ex vtriſque, & in tẽpore quod in vtriſq; eſt.

gnitudini actu diuiſæ inſunt. [8] Si verò magnitudo actu partes, ſimul tamen iun ctas habeat, eam intellectus vnica intellectione, eodemque tempore apprehen dit. Sic enim tota magnitudo, vt indiuiſibile cognoſcitur obiectum.

Tex. 24.

1 Quod autem non ſecundũ quantitatem indiuiſibile eſt, ſed forma intelligit in indiuiſibili tẽpore, & indiuiſibili animæ intellectione.

b Themiſtius Auerroes.

At [1] id, quod magnitudine quidem indiuiſibile non eſt, ſed forma, ac ſpecie (materialem intelligo formam, quæ abſtracta ab indiuiduis eſt) [a] vnica intellectione, eodemq; tempore intellectus concipit. Verum ſi id, quod eſt indiuiſibile ſecundum formam vnica intellectione, eodemq; tempore intelligitur, cum magnitudo, & tempus ſint per ſe diuiſibilia, quonam pacto vnica intellectione, eodemq; tempore cognoſcuntur? [2] Aſſerendum eſt [b] quamquã magnitudo, & tempus diuiſibilia ſint, non tamen quatenus ſunt diuiſibilia, ſed vt indiuiſibilia ſecundum accidens eodem tempore, vnicaue intellectione comprehendi. [3] Etenim reperitur in his aliquid per ſe indiuiſibile, quod hæc indiuiſibilia facit, ab ijs fortaſſe haudqua quam ſeparabile, vt in magnitudine pũctum, in tempore nunc. [4] Quod ſimiliter in omni continuo continuo tempore, ac magnitudine accidit: atque vna puncto magnitudo, vnumq; ipſo nunc tempus exiſtit.

2 Secũdum accidens autem, & non in quantum illa diuiſibilia ſunt, id quod intelligit, & tempus in quo, ſed in quantum indiuiſibilia.

b Simplicius.

3 Ineſt autẽ, & in his aliquid indiuiſibile, ſed forte non ſeparabile, quod vnum facit tempus, & longitudinem.

4 Et hoc ſimiliter in omni eſt continuo, & tẽpore, & longitudine.

Tex. 25.

1 Punctum autem, & omnis

Punctum [1] verò, & omne id, quo diuiditur

uiditur continuum, atque non modò actu, ſed potentia indiuiſibile eſt, ab intellectu perinde, ac priuatio cognoſcitur. 2 Et quemadmodum intellectus in alijs per cognitionem habitus, [a] vt boni, aut lucis, priuationem cognoſcit, vt malum, aut tenebras, 3 neque enim hęc per propriam ſpeciem, ſed per ipſius quodammodo ſpeciem oppoſiti cognoſcit: ita & indiuiſibilia, quæ in continuo inſunt, per cognitionem, ac ſpeciem continui, cuius ſunt negationes intelligit. [b] Etſi enim indiuiſibilia proprium, ac poſitiuum habeant eſſe, tamen vt termini ſunt vere negationes videntur. 4 Neceſſe autem eſt intellectū, [c] qui oppoſita hæc ſuapte natura intelligit, ad vtrumque in potentia eſſe, & quandoq; habitum intelligere, quandoq; non intelligere, vt eius priuationē diſcernere queat. Si quis enim ſemper lucem aſpiceret, haud tenebras poſſet concipere. 5 Quod ſi aliquis intellectus ſemper in actu ſit, & nunquam in potentia exiſtat, priuationes non intelligit, ſed ſeipſum, ac ſemper actu intelligens eſt, & ab omni ſecretus materia, quēadmodum ſubſtantiarum abſtractarum intellectus videtur.

His de priori intellectus operatione dictis, ad poſteriorem exponendam operationem tranſeamus.

Ergò

diuiſio, & ſic indiuiſibile mōſtratur ſicut priuatio.

2 Et ſimilis ratio in alijs eſt, vt quomodo cognoſcit malum, aut nigrum.

a Philoponus.

3 Contrario enim quodammodò cognoſcit.

b Simplicius.

4 Oportet autē potentia eſſe, quod cognoſcit, & ineſſe in ipſo.

c S. Thomas.

5 Si verò alicui nō ineſt contrarium cauſarū, ipſa ſeipſam cognoſcit, & actu eſt, & ſeparabilis.

Digitized by Google

Ergò [1] dictio, qua intellectus [a] aliquid de aliquo dicit, varioſq; ſimul cõceptus componit, ac diuidit ſemper, aut vera, aut falſa eſt. [2] Nec omnis intellectio huiuſmodi videtur, ſed quæ ipſum quid eſt, non quidem nominis, ſed eſſentiæ, ac veræ diffinitionis, haud aliquid enuncians de aliquo apprehendit, vera ſemper eſt, ac nunquàm fallitur; quoniam vt ſic adæquate proprium vni ca apprehenſione attingit obiectum, in quo decipi nullo modo poteſt. Et quẽadmodum [3] viſio circà proprium obiectum vera ſemper eſt, & requiſitis ſeruatis conditionibus non decipitur, [4] circà ſenſibilia autem per accidẽs fallitur, & quandoque errat, vt cùm album eſſe hominem, aut non eſſe iudicat: [5] ſic etiam intellectus [b] eſſentiam, & quidditatem ab ipſis qualitatibus materialibus ſeiunctam ſimplici apprehẽſione cognoſcens, non decipitur, ſed componens, aut diuidens ea, quæ ipſam conſequuntur eſſentiam.

Iam intellectus, atq; intellectionis naturam explicauimus. [a] Nunc ad vlteriorem ipſius cognitionem placet cum eo ſenſum conferre, & quid vtriq; commune ſit, & quid ſingulorum proprium adnotare.

Notandum [1] ergò eſt, ſenſitiuum, quatenus potentia ſenſitiuũ eſt, in actũ pro-

Tex. 26.

1 Eſt autem dictio quidem aliquid de aliquo, ſicut affirmatio, atque vera eſt, aut falſa omnis.

a *S. Th. Auerroes.*

2 Intellectus aũt non omnis, ſed qui eſt ipſius quid eſt, ſecundum ipſum quid erat eſſe, verus eſt, & non aliquid de aliquo.

3 Sed vt viſio proprij, vera eſt,

4 ſi autem album homo, aut non, non verum ſemper eſt,

5 ſic ſe habent quæcunq; ſine materia ſunt.

b *Themiſtius Simplicius.*

a *Themiſtius Auerroes.*

Tex. 28.

1 Videtur autem ſenſibile ex ſenſitiuo, quod potentia eſt, ſenſitiuum actu facere.

propriæ ſenſationis ab obiecto ſenſibili deduci. [2] Etſi hæc haud propria ſenſus alteratio, ac paſſio ſit. [3] Vnde alia ſpecies motus ab ea videtur, quam in phyſicis definiuimus. [4] Motus enim ibi definitus actus imperfecti, atq; exiſtentis in potentia eſt, [5] hic verò perfecti ſimpliciter, atque in actu exiſtentis actus, aliusq; proinde motus neceſſariò eſt. Iam duplicē antea traditam intellectus operationem in ſenſu quoque reperiri manifeſtum eſt. [6] Nam primo, vt ſenſus proprium obiectum per ſe, & ſolitarium percipit, ſic etiā intellectus ſimplicem quidditatē apprehendit. [7] Deinde, vt ſenſus iucundum, aut moleſtum ſentit obiectum componendo quaſi, & affirmando, aut negando, ſic etiam intellectus apprehenſam quidditatem cum aliqua alia re adiuncta componit, proprie abſoluteq; affirmādo, aut negando. [8] Immo, vt proſequutionis, aut fugæ excitatur appetitus, cum obiectū iucundum, aut moleſtū cognoſcit ſenſus, doloreque, ac voluptate afficitur, ſic etiā proſequutionis, aut auerſionis illico appetitus commouetur, cū intellectus bonum, aut malum intelligit.

Et [1] quidem aptè definiemus voluptatem, ac dolorem, ſi ſenſitiui mediocritatem quandam, ac temperiem elementorum obtinentis à bono, & malo, ſeu

2 Non enim patitur, neq; alteratur.

3 Vnde alia eſt hæc ſpecies motus.

4 Motus enim erat actus imperfecti.

5 Simpliciter autē actus, qui perfecti eſt, alius eſt.

6 Sentire igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum, & intelligere.

7 Cùm autem iucundum, aut moleſtum, vt affirmans, aut negans,

8 perſequitur, aut fugit:

Tex. 29.

1 Eſt enim delectari, aut dolere, agere ſenſitiua mediocritate ad bonum, aut malum, in quantum talia.

ſeu iucundo, ac moleſto, quatenus iucundum, ac moleſtum eſt, prodeuntes operationes dicamus. [2] Fuga verò, & proſequutio in actu, quæ facultatis appetitiuæ operationes ſunt, circa idem quoq; obiectum moleſtum, & iucundũ verſantur. [3] Certum autem & illud eſt [a] fugiendi, aut proſequendi appetitum, nec ab inuicem, nec à ſenſitiua facultate loco & ſubiecto, ſed ſola ratione, ac definitione diſtingui.

2 Et fugâ quoque, & appetitus, qui eſt ſecundũ actum, hoc ſunt.

3 Et non aliud eſt appetitiuũ, & fugitiuum, neq; ab inuicem, neq; à ſenſitiuo, ſed eſſe aliud eſt.

a S. Thomas.

Præterea [1] & in eo quoq; ſimilis intellectus videtur ſenſui, quod quemadmodum ſenſus ab obiectis ſenſibilibus excitatur, & in actum deducitur, ita & intellectus à phantaſmatibus immutetur, & actu intelligens fiat. [2] Atq; certum illud eſt cum aliquid intellectus apprehenderit, bonumque, aut malum eſſe affirmauerit, aut negauerit, excitatum neceſſario appetitum, & bonum proſequi obiectum, & malum fugere. [3] Ex quibus patet abſque phantaſmatibus hominem intelligere non poſſe, quemadmodum nec abſq; ſenſibilibus vnquam ſentire valet.

Tex 30.

1 Cogitatiuæ autem animæ phantaſmata, vt ſenſibilia ſunt.

2 Cum autẽ bonum, aut malum affirmauerit, aut negauerit, tunc fugit, aut perſequitur.

3 Quapropter nunquàm ſine phantaſmate intelligit aĩa.

Atq; [1] vt aer à colore immutatus [a] afficit oculum imprimens in eo ſpeciem coloris, inexiſtens verò in oculo facultas iudicium de oblato elicit obiecto, & communem immutat ſenſum ſenſibilem proprij obiecti immittendo ſpeciẽ,

Tex 31.

1 Sicut. n. aer pupilã huiuſmodi fecit, ipſa autẽ aliud,

a Auguſtus S. Th.

Digitized by Google

[2] ſimiliterq; auditus, & cæteri quoque præſtant ſenſus: ita, & ſenſibilia rerum obiecta phantaſiæ potentiã propria immiſſa ſpecie mouent, hæc verò, cũ operatur, intellectum excitat intelligibiles in eo producendo ſpecies, quæ ipſum ad requiſitam eliciendam intellectionẽ determinant. [3] Vnus autem ſenſus cõmunis eſt, ad quem tanquam ad vnum centrum omnium ſenſibilium imagines perferuntur; ratione verò multiplex, quatenus ad diuerſos comparatur ſenſus, quorum obiecta diſcernit, ac iudicat. [4] Atque hic ſenſus calidi, ac dulcis, aliorumq; ſenſibilium obiectorum differentias percipit, vt ſupra diximus, ac denuo repetere licet, [5] & vnum quid eſt, quatenus vnius termini vicem obtinet, externorumq; ſenſuum functiones recipit.

2 & auditus ſimiliter: ...

3 Vltimum autẽ vnum eſt & vna medietas, eſſe autẽ ipſa plura.

4 Quo autẽ diſcernit, quod differt dulce, & calidũ, dictum eſt quidem, & prius, dicendum autem, & hic.

5 Eſt enim vnum quid, ſic autem, vt terminus.

At [1] verò ſenſus communis, & in circulo exiſtens centrum proportione, ac numero vnum ſunt; proportione, quia vt centrũ reſpicit lineas, quæ ad ipſum tendunt, ita ſenſus communis aliorum ſenſuum operationes quæ ad tribunal ipſius perferuntur; numero autẽ, quia vt centrũ vnum eſt, & ad multas ordinatur lineas, ita & vnus exiſtens ſenſus cõmunis ad multos ſenſus habitudinẽ ſeruat. [2] Nec conturbet aliquẽ ea, * quæ eiuſdem ſunt generis, aut contraria, vt

Tex. 32.

1 Et hæc vnum proportione, aut numero, quem habent ad vtrumque, vt illa ad inuicem.

2 Quid enim refert id dubitare, quomodo ea, quę eiuſ-

dem generis iudicat, aut cõtraria, vt album, & nigrum? 2 Simplicius.

album, ac nigrum, & quæ diuerſum habent genus, vt album, ac dulce, ab vno & eodem ſenſu iudicari. Hæc enim omnia eam inter ſe habent proportionem, & analogiam, qua ab vno ſenſu percipi queunt. Sint ergo duo contraria, vt album A & nigrum B & alia duo, vt dulce C & amarum D 3 Iam vt ſe habent album A ad nigrum B, ita ſe habebit dulce C ad amarum D. 4 Quare permutata proportione, vt ſe habet album A ad dulce C, ita ſe habebit nigrum B ad amarum D. 5 Quemadmodum igitur album A, & nigrum B vnum proportione ſunt, ſecundum proprium tamen eſſe alia, & ſimiliter dulce C, & amarum D, ita & album A, ac dulce C, & nigrum B, atque amarum D vnũ proportione, & analogia erunt. Quamobrem vt viſus album, & nigrum, guſtus dulce, & amarum ſentit, ſic & idẽ ſenſus communis hæc omnia percipere, ac iudicare poterit.

3 Sit igitur vt A, quod albũ, ad B, quod nigrũ, ſic C ad D.

4 Quare permutatim.

5 Si igitur C D vni inſint, ſic habebunt, ſicut & A B idem quidem, & vnum, eſſe autem non idem, & illud ſimiliter: eadem autẽ ratio eſt, & ſi A quidem dulce ſit, B vero album.

Tex. 33.

1 Formas igitur intellectiuũ in phantaſmatibus intelligit.

2 Et ſicut in illis determinatum eſt ipſi perſequendum, & fugiendum,

Sed 1 vt ad noſtrum propoſitum redeamus, id certum omnino eſt, hominem intelligibiles rerũ ſpecies à phantaſmatibus abſtractas cognoſcere, quẽadmodum, & ſenſus ſenſibiles ab obiectis productas ſpecies percipit. 2 Atqui vt in illis quid proſequendum, quid fugiendum ſit deliberat, præſentibus ſenſibilibus à quibus exteriores mouentur

ſen-

ſenſus: 3 ita & abſentibus quoque obiectis, cum eorum formas in phantaſmatibus intelligit, eorum poteſt deſiderium, aut fugam commouere, opinione ſcilicet boni, vel mali accedente, quæ obiecta illa eiuſmodi iudicentur. Hæc perſpicuo patent exemplo. 4 Nam Dux exercitus, cum erectam, & agitatã procul ardentem intuetur facem ad ſignificandos hoſtium incurſus, intellectu ſimul cum ſenſu operante cognoſcit aduentare hoſtes, atq; de illis proſequendis deliberat. 5 At verò aliquando, etſi nullum præſens moueat obiectũ, à phantaſmatibus, quæ inſunt in anima, excitatus intellectus diſcernens ea, perinde ac ſi adeſſent, ratiocinatur, quidque agendum ſit determinat.

3 ſic & extrà ſenſum, cum in phantaſmatibus fuerit, mouetur.

4 Vt ſentiens ſignum face datum, quod ignis, communi cognoſcit, videndo eum, qui ſe mouet, quòd hoſtis eſt.

5 Aliquando autem ijs, quæ ſunt in anima phantaſmatibus, aut intelligentijs, tanquam videns ratiocinatur, & deliberat futura ad præſentia.

Atq; 1 vt in ſenſu res habet, qui ſi nõ ſolum cognoſcat obiectum ſuum, vt ſenſibile, ſed vt iucundum, aut moleſtum, amplectitur, aut fugit; ſic intellectus quoq; vbi cognouerit, non ſolum vt cognoſcibile, ſed etiã, vt bonum, aut malum, tunc proſequitur, aut fugit, & omnino in actione verſatur. 2 Exiſtimãdum autem eſt verum, & falſum, quod eſt ſine actione, neque ad proſequendũ, aut fugiendum refertur, contineri eodẽ genere cum bono, & malo, nempè cum verò, & falſo, quod eſt cum actione. 3 Differt verò, quatenus illud ſimplex eſt,

Tex. 34.

1 Et cum dixerit, quòd ibi iucundum, aut moleſtum, hic fugit, aut perſequitur, & omninò in actione eſt.

2 Et quod ſine actione eſt, & verum, & falſum, id in eodẽ genere eſt cum bono, & malo.

3 Sed ipſo ſimpliciter, & aliquo differt.

eſt, & ſincerum, non cum actione permixtum, hoc autem cum actione, cumque bono, & malo coniunctum.

Queres quomodo intellectus ea, quę ſunt à materia ſecundum eſſentiam abſtracta, ac ſeiuncta intelligat?

Reſpondeo [1] intellectum ſic ea, quæ ſunt à materia ſecundum eſſentiam abſtracta intelligere, [2] vt quemadmodum ſimitas, quæ curuitas eſt naſo addicta à materia, ſeu naſo ſeiungi, eoq; præciſo intelligi nequit, [3] in quantum verò curuitas, quæ nulli certæ, ac determinatæ applicatur materiæ, actu ſine carne, in qua ineſt, intelligi poteſt: [4] ita & intellectus ea, quæ abſtrahunt ſecundum eſſentiam à materia, non quidem realiter ab ea ſeparata; ſed ſola ratione, ac definitione ſejuncta, perinde ac ſi materia deſtituta eſſent intelligat.

Intellectus [1] autem cum actu intelligit, ipſumq; fit quodammodo obiectum abſtrahere, ac ſeparare mathematica entia creditur, quę in rebus coniuncta sũt. [2] Ex dictis verò inſurgit dubium, vtrũ intellectus haud à corpore ſeiunctus exiſtens, mediaq; phantaſiæ operatione ſuſcipiens obiecta, ſubſtantias realiter ab omni ſecretas materia, quas percipere nequeunt ſenſus, comprehendere, atq; intelligere poſſit. De quo tamen poſterius conſiderandum eſt.

Nunc

Tex. 35.

1 Quæ verò abſtractione dicuntur intelligit.

2 Vt enim ſimum, non ſeparatum mentis

3 in quantum autem cauum, ſi quis intelligeret actu, ſine carne vtique intelligeret, in qua cauum eſt,

4 ſic mathematica non ſeparata, tanquam ſeparata intelligit, cum intelligit illa.

Tex. 36.

1 Omninò autem intellectus, qui ſecundum actum intelligit, res ipſæ eſt.

2 Verum autẽ contingat aliquid ſeparatorum intelligere ipſum exiſtẽtẽ non ſeparatum à magnitudine, an nõ, conſiderãdum eſt poſterius.

Nunc ¹ verò, inſtitutam intellectus, ac ſenſus comparationem proſequentes ſummatim ex dictis aliqua colligamus oportet, quę ad cognitionis naturā pertinent, cognitionisq; tum ſenſus, tum intellectus communia ſunt. ² Anima igitur entia quodammodo omnia eſt. ³ Nam entium alia per ſe ſolum intelligigibilia ſunt, alia ſenſibilia. At quemadmodum ſenſus omnia, quę percipit ſenſibilia, fit ſic etiam intellectus in omnia, quæ apprehendit intelligibilia transformatur.

Hoc ¹ autem quo pacto veritati conſonet exponēdum eſt. ² Intellectus igitur, ac ſenſus eandem, quam entia diuiſionem ſortiuntur, ac proinde, ſicut entia, aut poteſtate dicuntur, quatenus intellectum, ac ſenſum mouere ad ſui cognitionem poſſunt, aut actu, quatenus tum ab intellectu, tum à ſenſu cognoſcuntur; ita, & intellectus, ac ſenſus poteſtate videntur, cum ab operatione ceſſant, actu verò cum imbibitas entium comprehendunt formas. ³ Anima igitur quatenus ſenſu, ac intellectu prædita eſt, entia quodammodo omnia poteſtate videtur, intelligibilia quidē intellectu, ſenſibilia verò ſenſu, cum haud ea actu cognoſcat, ſed apta ſit cognoſcere per ſuſceptionem formarum abſq; materia, quibus receptis in ipſa trans-

Text. 37.

1 Nunc autem quę de anima dicta ſunt recapitulantes dicamus iterum,

2 quòd anima entia quodāmodò eſt omnia.

3 Aut enim ſunt ſenſibilia ea, quæ ſunt, aut intelligibilia.

4 Eſt autem ſcientia quidem ſcibilia quodammodò, ſenſus autem ſenſibilia.

Tex. 38.

1 Quomodo autem hoc ſit oportet inquirere.

2 Secatur igitur ſcientia, & ſenſus in res, qui quidem potentia eſt in eas, quæ ſūt potentia, qui verò actu in eas, quæ ſunt actu.

3 Animæ autem ſenſitiuum, & id quod ſcire poteſt, potētia hæc ſunt, hoc quidē ſcibile, illud verò ſenſibile.

4 Neceſſe autem eſt, aut ipſas, aut formas eſſe.

5 Ipſas igitur non nõ .n. lapis in anima eſt, ſed forma.

6 Quare anima ſicut manus eſt.

7 Manus enim inſtrumentum inſtrumentorum.

8 Et intellectus forma formarum,

9 & ſenſus forma ſenſibiliũ.

transformari entia dicitur. 4 Neceſſe etenim eſt, aut in anima realiter obiecta ſuſcipi, vt lapidem materialem, aut ſpecies eorum. 5 At in anima realiter obiecta ineſſe impoſſibile eſt, neq; enim materialis in ipſa reperitur lapis, ergò ſpecies dumtaxat obiectorum in anima erunt, quarũ ſuſceptione intellecta fieri obiecta dicetur anima. 6 Quamobrẽ haud ineptè manui aſſimilatur anima. 7 Vt enim manus inſtrumentorum omnium dicitur inſtrumentum, quatenus omnia apprehendit inſtrumenta, ijſq; ad cætera efformanda vtitur; 8 ſic etiã intellectus formarũ dicitur forma, quatenus rerum omnium formas, ac ſpecies intelligibiles ſuſcipit, ijſq; ad contemplãdum vtitur; 9 ac ſenſibilium ſenſus appellatur forma ſenſibiles rerum ſpecies admittens, ijſque ſenſibilia cognoſcens obiecta.

Tex. 39.

1 Quoniam autem neq; res vlla eſt præter magnitudines, vt videntur ſenſibilia ſeparata, in formis ſenſibilibus intelligibilia ſunt,

2 & quæ in abſtractione dicuntur,

3 & quæcumque ſenſibilium habitus, & paſſiones ſunt.

Quoniam 1 vero nihil eorum, quæ per ſe, ac primario intellectus percipit, extra corporeas, ac ſenſibiles magnitudines conſiſtit; intelligibilium rerum ſpecies, atque imagines in ſenſibilibus formis, ſeu phantaſmatibus virtute inerunt, & ab eis neceſſario prodibunt: 2 ſiue de rebus mathematicis loquamur, quæ per abſtractionem à materia ſenſili cognoſcuntur, 3 ſiue de ijs, quæ ſenſibilibus qualitatibus, & affectionibus prædi-

Digitized by Google

prædita ſunt. 4 Quamobrem is, qui ſenſu, ac phantaſia deſtitutus eſt, nec addiſcere quicquam, nec prorſus intelligere poteſt, 5 & cum intelligibile ſpeculatur obiectum, ipſam quoq; ſimul phãtaſiam proprium aliquod intueri phantaſma oportet; quandoquidem ſpecies intelligibiles, quibus intellectus ad intelligibilia cõtemplanda vtitur obiecta, ab ipſa dumtaxat phantaſiæ cognitione ſint aptę produci, eaq; ceſſante deſinãt eſſe, eodem pacto, quo luminoſo extincto corpore, & ipſum extinguitur lumen. 6 Vnde queadmodũ ſenſus abſq; præſentia obiecti non ſentit, ſic nec intellectus abſq; phantiſmatibus intelligit, 7 etſi in eo differentia ſit, quod ſenſibilia ſint penitus in materia demerſa, phãtaſmata verò abſque materia in anima inſint. 8 Differt verò phãtaſia ab intellectu, nam intellectus ſimplices rerũ conceptus componit, ac diuidit, affirmando, aut negando, 9 ex quo fit in cõplexione intelligibiliũ cõceptuũ verũ, aut falſum contineri. Phantaſia autem, etſi plurium interdum rerum coniũgat phantaſmata, ea neque affirmando, neq; negãdo componit, verũq; proinde, aut falſum, haudquaquam dicit. 10 Quæres an intellectus operatio, qua ſimplices rerum conceptus elicit, ab ipſo phantaſię actu differat? 11 Reſpondeo ſimplicẽ

4 Et ob hoc, qui non ſentit aliquid, nihil vtique addiſcet, nec intelliget.

5 Et cùm ſpeculetur, neceſſe eſt ſimul phantaſma aliquod ſpeculari.

6 Phantaſmata autem veluti ſenſibilia ſunt,

7 preter quàm quòd ſunt ſine materia.

8 Eſt autẽ imaginatio aliud à dictione, & negatione,

9 Complexio n. intellectionum eſt verum, aut falſum.

10 Primæ aũt intellectiones, quo differunt, vt non phantaſmata ſint?

11 An neque hæ phantaſmata ſunt, ſed non ſine phantaſmatibus?

intellectus operationem haud phantaſię actum eſſe, ſed ab eo, vt pote ſingulari, & confuſo, tanquam à proprio mouente ex neceſſitate dependere. Atq; hæc de parte animæ intellectiua, quatenus intelligibilia reſpicit obiecta, & ad propriam dirigitur operationem, dicta ſint ſatis.

Quoniam [1] ergò animaliũ anima duabus potiſſimum facultatibus, ac potentijs definita eſt, & cognoſcitiua, qua rerum quidditates animalia intelligũt, ac ſenſibilia percipiunt obiecta, & loco motiua, [2] atque de parte animæ ſenſitiua, ac intellectiua ſufficiẽter diximus, [3] reliquum eſt, vt de parte, ſeu facultate animæ, qua ad locum cientur animalia, contemplemur, quærentes, vtrũ peculiaris quædã animæ ſit pars ab alijs partibus ratione, aut ſubiecto diſtincta, an verò ipſa tota videatur anima: [4] & ſi pars aliqua eſt, vtrum ſit alia quædam propria ab ijs, quas hominum communis approbat cõſenſus, an earũ aliqua.

Difficile [1] autem eſt determinare, valdeq; dubium, quomodo animæ competant partes, & quiſnam earum ſit numerus. [2] Quodam enim modo infinitæ videntur, [e] ſi omnibus animæ operibus, ac motibus peculiaris pars attribuenda eſt, & non illæ ſolum, quas nonnulli referunt, quorum alij ratiocinatiuam, iraſcibi

Tex. 40.

1 Quoniam autem animaliũ anima ſecundum duas definita eſt potentias, & diſcretiuo, quod intelligẽtiæ opus eſt, & ſenſu, & adhuc ipſo mouere motu ſecundũ locũ:

2 de ſenſu quidem, & intellectu determinata ſint tot.

3 De mouente aũt quidnam ſit animæ ſpeculandum eſt, vtrum vna quædam pars ipſius ſit ſeparabilis, aut magnitudine, aut ratione, an tota anima:

4 Et ſi pars aliqua, vtrum propria quædam ſit præter conſuetas dici, & dictas, an harum vna aliqua.

Tex. 41.

1 Habet autem dubitationẽ mox, quomodo oporteat partes animæ dicere, & quot.

2 Quodam enim modo infinitæ videntur, & non eæ ſolum, quas dicũt quidã determinãtes, ratiocinatiuam, & iraſcitiuam, & concupiſcitiuam, alij autem eam, quæ rationem habet, & eam, quæ ratione caret.

e *S. Thomas.*

ſcibilem, & concupiſcibilem, alij autē rationalem, & irrationalem dicunt. Et quidē has differentias haud ſufficere ad oēs animæ partes conſtituendas manifeſtū eſt. 3 Nā his conſideratis differentijs quibus animæ partes diuidūt, aliæ prorſus videntur partes magis ab inuicem diſcrepantes, quam illæ, quas enumerauimus. 4 Etenim pars nutritiua plantis ineſt, *b* & omnibus animalibus, quę nec ad ratiocinatiuam, nec ad iraſcibilem, nec ad concupiſcibilem facile reduci poteſt. 5 Pręterea ſenſitiua animæ pars, quæ omnibus competit animalibus, neq; ad rationalem, neque ad irrationalem animæ partem reducitur, cū & in brutis ad irrationalem, in hominibus verò ad rationalem ſpectare videatur? 6 Adhuc autem, & imaginatiua facultas eſt, quæ ab omnibus alijs animæ partibus ratione differt. 7 Atq; ſi quis animæ partes ab inuicem diſtinctas, ac ſeiūctas ponat, magna profectò dubitatio eſt, cuinam harum partium eadem, aut altera ſit.

Ad hæc 1 & appetitiua pars eſt, quæ ratione, & facultate ab alijs omnibus eſſe diſtincta videtur, *a* quā in duas ſubiecto differentes partes diuidere inconueniens eſt, quod tamen oportet, ſi rationale, & irrationale partes animæ loco diſtinctæ ponantur. 2 Quidam enim ap-

 peti-

3 Secundum enim differentias, per quas has ſeparant, & aliæ videntur eſſe partes, maiorem his diſtantiam habentes, de quibus & nunc quidem dictum eſt.

4 Nutritiua ſcilicet, quæ, & plantis ineſt, & omnibus animalibus.

a Auerroes Themiſtius.

5 Et ſenſitiua, quam neque vt irrationabilem, neque, vt rationem habentem, ponet quis vtique facilè.

6 Adhuc autem, & imaginatiua, quæ ipſo eſſe quidem ab omnibus alia eſt.

7 Cui autem harum eadem, vel alia ſit, habet multam dubitationem, ſi quis ponat ſeparatas partes animæ.

Tex 42.

1 Ad hæc autem appetitiua, quæ & ratione, & potentia alia videbitur vtique eſſe ab omnibus, & inconueniens vtiq; eſt hanc diuellere.

a S. Th. Themiſtius Auerroes.

2 In ratiocinatiua enim volūtas ſit, & in irrationabili concupiſcentia, & ira.

petitus, vt voluntas in parte rationali eſt; quidam verò alius, vt concupiſcentia, & ira in parte irrationali reſidet. 3 Quod ſi quis animam in tres partes diſtinguat, rationalem, irrationalem, & iraſcibilem, in vnaquaq; earum appetitus inerit, atque tres proinde ſubiecto diſtincti appetitus erunt. At hoc abſurdum, & impoſſibile eſſe cuique manifeſtum eſt.

3 Si autem tria ſit anima, in vno quoq; erit appetitus.

Tex. 43.

1 Et etiam de quo nunc ſermò inſtabat, quid eſt moués ſecundum locum animali

a *Auerroes.*

2 Motu .n. ſecundum augumentum, & decrementũ qui omnibus ineſt, quod omnibus ineſt, videbitur utiq; mouere generatiuum, & nutritiuum.

3 De reſpiratione autem, & expiratione, & ſomno, & vigilia, poſterius perſpiciendum eſt: habent enim & hęc dubitationem multam.

Sed vt 1 redeamus vnde digreſſi ſumus, a magna videtur eſſe difficultas in exponendo principio, quod animal ipſum ad locũ mouet, de quo noſtra hæc inſtituta diſputatio eſt. 2 Motus enim augumenti, ac decrementi, quo omnia viuentia maiorem, aut minorem conſequuntur locum, propterea quod omnibus competat viuentibus, origo; & cauſa nutritiua, ac generatiua facultas eſt. 3 At de motu reſpirationis, & inſpirationis, qui dilatato, cõpreſſoq; diaphragmate contingit, & de ſomno, ac vigilia, in quibus ſpirituum, aut ad interiores, aut ad exteriores partes accidit motus, poſterius perſcrutandũ eſt. Etenim hęc magnam difficultatem habent.

Tex. 44.

1 Sed de motu ſecundum locum, quid ſit mouens animal ſecũdum progreſſiuum motum conſiderandum eſt.

2 Quod igitur non ſit nutritiua potentia, manifeſtum eſt.

De 1 principio igitur, quo ad locum animal progrediendo ſe mouet, diligenter inquirere, & conſiderare oportet. 2 Et quidem huius motus principium nutritiuam animæ partem non eſſe manifeſtum

ſtum eſt. 3 Nam principiũ motus progreſſiui a ſemper alicuius finis gratia cũ imaginatione, & appetitu mouet, 4 nihil enim haud appetens, aut fugiens mouetur, niſi vi: at nutritiua animæ pars imaginatione, & appetitu caret, principium ergo motus progreſſiui non eſt. 5 Præterea ſi nutritiua pars animæ eſſet principium motus progreſſiui, vbicunque ineſſet, ibi, & motus, & organa ad hunc efficiendum motum requiſita exiſterent: at in plantis animæ pars nutritiua eſt, in quibus, nec motus ad locũ, nec organa, quibus perficiatur inſunt, ergò pars animæ nutritiua principium motus progreſſiui non eſt.

Eodem 1 autem modo nec ſenſitiua pars animæ principium motus progreſſiui eſſe poteſt. 2 Nam ſenſitiua facultas quibuſdam ineſt animalibus, vt Zoophitis, & Conchilijs, quæ ſemper manent, ac perpetuo immobilia ſunt, ergò facultas animæ ſenſitiua motus progreſſiui adæquatum principium non eſt, Nec verò putet quiſpiam hæc animalia etſi principium motus progreſſiui obtineant, neceſſarijs tamen ad motum efficiendum inſtrumentis carere, ideoq; ſemper immota eſſe. 3 Etenim natura nihil facit fruſtra, & in neceſſarijs non deficit, præterquam in his, quæ cum inſtitutum minimè producendo aſſequi-

tur

3 Semper .n. propter aliquid motus hic fit, & aut cũ imaginatione, aut appetitu eſt.

a *S. Thomas Themiſtius.*

4 Nihil enim non appetens, aut fugiés mouetur, niſi violentia.

5 Amplius & plantæ vtique motiuæ eſſent, & haberent aliquam partem inſtrumentalem ad motum hunc.

Tex. 45.

1 Similiter autẽ neque ſenſitiuum.

2 Multa enim ſunt animaliũ, quæ ſenſum quidem habẽt, manentia autem, & immobilia ſunt aſſiduè.

3 Si igitur naturà neq; facit fruſtrà quicquam, neq; deficit in neceſſarijs, niſi in orbatis, & imperfectis;

tur finem, neceſſario aliquo ad operandum mẽbro deſtituta facit. [4] At animalia immobilia perfecta in propria ſpecie ſunt, haudquaquam veluti monſtra requiſito ad propriam conſtitutionem orbata membro. [5] Cuius rei id clarum videtur ſignum, quod ſibi ſimile perpetuo gignant, & debitum augumentum, ac decrementũ ſuſcipiant. [6] Quamobrẽ ſi hæc animalia principium motus progreſſiui haberent, proprijs neceſſario partibus ad hunc motum efficiendum requiſitis prædita eſſent.

Porrò [1] nec intellectus, qui ratiocinatur, & diſcurrit progreſſiui motus principium eſt. [2] Nam intellectus, qui contemplatur, circa agibilia non verſatur, nec fugiendum aliquid eſſe, aut proſequendum iudicat. [3] At principiũ motus ad agibilia pertinet, & quæ fugienda, aut proſequenda ſint reſpicit, ergò intellectus contẽplatiuus progreſſiui motus principium non eſt. [4] Etſi verò intellectus aliquid agibile ſpeculetur, attamen nec fugam, nec proſequutionem præcipit. [5] Sæpè enim aliquid terribile intelligit, vt cum hoſtis armatus adeſt, atque haud eſſe timendum iudicat, [6] cũ tamen ſpecie terribilis obiecti ſuſcepta cor ipſum agitetur, ac moueatur, [7] quod ſimiliter accidit, cum formoſam aſpiciens puellam concupi-

ſcen

4 huiuſmodi autẽ animaliũ perfecta, & non orbata ſunt:

5 ſignum autẽ eſt, quòd generatiua ſunt, & augumentum habent, & decrementũ:

6 nẽ vt haberent vtique, & partes inſtrumentales progreſſionis.

Tex 46.

1 At verò nec ratiocinatiuũ, & vocatus intellectus, eſt mouens.

2 Speculatiuus .n. nihil ſpeculatur agibile, neque dicit de fugiendo, & perſequendo quicquam.

3 Semper autem motus, aut fugientis, aut perſequentis aliquid eſt.

4 Sed neq; cũ ſpeculatur aliquid huiuſmodi, iam præcipit aut perſequi, aut fugere:

5 quemadmodũ ſæpè intelligit terribile aliquid, non iubet autem timere,

6 ſed cor mouetur,

7 ſi autem delectabile, pars aliqua alia.

ſcendam non eſſe determinat, atq; Veneri famulantia excitata membra mouētur. Quare cum id progreſſiui motus principium ſit, quod efficiendum præcipit motum, iure qui ſpeculatur intellectus huiuſmodi motus principium eſſe non poterit.

Prætereà [1] etſi diſcurrens intellectus præcipiat, & aliquid fugiendum, aut proſequendum eſſe dicat, haudquaquā præceptus fit motus, ſed oppoſitus, vt in ijs accidit, qui ſenſu, & concupiſcentia feruntur. Cum enim intellectus adſtantem aſpernari mulierem iubet, ad eam tamen amplectendam ſe præcipitē agit homo. [2] Denique inſpicimus frequenter adeſſe Medicum, atque ad ſanitatem haud efficiendam operari, quoniam ſæpè medicinam tradit, quæ ægrotum ipſum interficere apta eſt. [3] Hoc autem manifeſtè indicat, nec ſcientiæ, nec artis, ſed alterius principij hanc eſſe facultatem, vt ad opus efficiendum moueat. Quare cùm actiuo præcipiente intellectu non adſit motus, quem efficiendum propoſuit, aliud ab eo motus progreſſiui diſtinctum principium fateri neceſſe eſſe. [4] At verò nec appetitiua animæ pars huius imperium motus obtinet. [5] Nam ij, qui ſenſui non obediunt, etſi aliquid appetant, & concupiſcant, ea minimè operantur, quorum appeti-

Tex. 47.

1 Amplius & præcipiente intellectu, & dicente ratiocinatione fugere aliquid, aut perſequi non mouetur, ſed ſecundum concupiſcientiam agit, vt incontinens.

2 Et omninò autē videmus, quòd qui medendi artem habet, non medetur.

3 Tanquàm aliud quippiam principatum obtineat agendi per ſcientiam, ſed non ſcientia.

4 At verò neq; appetitus huius motus dominus eſt

5 Continentes enim appetētes, & concupiſcentes non operantur ea, quorum appetitum habent, ſed ſequūtur intellectum.

Digitized by Google

appetitum habent, nec ad ea proſequenda mouentur, diſcurrentis intellectus obſequentes imperio, ergò appetitiua animæ facultas progreſſiui motus principium non eſt.

Sed iam propriam, ac verã de principio motus animalium ſententiam tradere, ac ſtatuere neceſſe eſt.

Tex. 48.

1 Videntur aũt duo hæc mouentia, aut appetitus, aut intellectus, ſi quis imaginationem ponat, vt intellectionẽ quandam.

2 Multa enim pręter ſcientiã ſequuntur imaginationes.

3 Et in alijs animalibus non intellectio, neq; ratio eſt, ſed imaginatio.

4 Vtraque ergò hæc motiua ſunt ſecundum locum appetitus, & intellectus.

Duo [1] ergò progreſſiui animaliũ motus principia ſtatuimus, appetitum, & intellectum, ſi nomine intellectus ipſam quoq; phantaſiam complectamur. [2] Etenim cõplures homines ratione, ac ſcientia ſpreta phantaſiæ, vt beluæ adhærent iudicio, [3] & cætera animalia, quibus nec ratio, nec intellectus ineſt, phantaſiæ dumtaxat imperio, ac nutu feruntur. [4] Quare vtraq; hæc intellectus, & appetitus progreſſiui animalium motus principia ſunt.

Tex. 49.

1 Intellectus autem, qui propter aliquid ratiocinatur, & qui actiuus eſt.

Atque [1] intellectus quidem motus principium eſt, qui proprium aliquem reſpicit finem, & de eo capeſcendo conſultat, indeq; actiuus dicitur. Etſi enim ſpeculatiuus intellectus ad veritatẽ conſequendam, quæ propria animæ perfectio eſt, tanquam ad vltimum dirigatur finem, verè tamen hic finis interior eſt, haudquaquam ab ipſa intellectus operatione diſtinctus, atque propriam idcirco rationem finis habere nequit. At verò actiuus intellectus in propria mi-

nimè

nime cognitione quieſcit, ſed eam ad externum aliquod efficiendum opus, vt ad vltimum dirigit finem, ideoq; proprium, ac verum intendens finem, qui ab interna ipſius operatione diſtinguitur. 2 Quamobrem actiuus intellectus ab eo, qui ſpeculatur, ratione dumtaxat finis, ad quem propriam dirigit cognitionem, differt. 3 Omnis autem appetitus & ad aliquem proprium ordinatur finem, quatenus in aliquod externũ appetibile fertur. Atque manifeſtum quidem eſt, & intellectum, & appetitũ ab eodem fine moueri. 4 Nam appetibile, quod vt proprium finem appetitus reſpicit, intellectus actiui principium eſt. Poſtquam enim appetitus bonũ aliquod appetibile, vt ſanitatem acquirendam probauerit, operari intellectus incipit, ac media inquirere, quæ ad huiuſmodi bonum conſequendum vtilia ſint. 5 At id, quod in hoc diſcurſu vltimum eſt, ſeu id, quod intellectus pro acquirẽda ſanitate determinauit, actionis, ac motus principium eſt. Si enim intellectus ad ſanitatis acquiſitionẽ remouendos humores eſſe, idque herbam quandã efficere poſſe, quę in certo quodam reperiatur agro, deliberet, ab hoc vltimo appetitus exequutionem incipit, atque corpus ad herbam in agro quærendam mouet, per quã remouean-

2 Differt autem à ſpeculatiuo fine.

3 Et appetitus propter aliquid omnis eſt.

4 Cuius enim appetitus hic, id principium actiui intellectus.

5 Vltimum autem principiũ actionis eſt.

tur humores, atque intenta conſequatur ſanitas. Intellectus ergò, & appetitus eundem reſpiciunt finem, eandem nempe ſanitatem appetibilẽ, quam omnino conſequi intendunt. 6 Quare appetitus, atque actiuus intellectus, quatenus ad idem appetibile, ac eundem referuntur finem, animalium motus principia videntur. 7 Appetibile enim appetitum mouet, ideoque media intellectus ad ipſum conſequendum ordinata quærit, cum ipſius actionis, ac motus principium, vt diximus, appetibile ſit.

Hoc 1 verò de ipſa quoque phantaſia intelligendum eſt, vt cum moueat, abſque ſẽſitiuo appetitu mouere nequeat. 2 Quoniam igitur vnum appetibile eſt intellectum, & appetitum mouens, & vnus quoque appetitus præcipuum animalis motus principium erit, quatenus medijs ad ipſum appetibile conſequendum ab actiuo intellectu propoſitis animal ad ea exequenda mouet. a Manifeſtum hoc eſt. 3 Nam ſi intellectus, & appetitus duo inuicem nequaquam ſubordinata eſſent principia motus, communem vtique rationem aliquam haberent, qua ſeorſim ſumpta mouere poſſent: at intellectus per naturam haud communem cum appetitu mouet, ergò intellectus, & appetitus

6 Quare rationabiliter hæc duo videntur mouentia, appetitus, & intelligentia actiua.

7 Appetibile enim mouet, & propter hoc intelligentia mouet, quia appetibile principium ipſius eſt.

Tex 50.

1 Et imaginatio quoq; cum mouet, non mouet ſine appetitu.

2 Vnum quid igitur mouẽs ipſum appetitiuum,

a *Simplicius.*

3 Si enim duo, intellectus, & appetitus mouerent, ſecundum communem vtiq; aliquam formam mouerent.

Digitized by Google

titus principia motus non ſunt, quæ per ſe, ac ſeorſim ſumpta motum efficere poſſint. Minor patet, 4 nam intellectus abſque appetitu, ſeu voluntate, quæ appetitus dicitur, mouere nequit, & omnis motus, qui ab intellectu fit, ab ipſa quoque voluntate procedit. Etenim ſolum intellectus ad motum concurrit, quatenus obiectum appetibile, vt cognitum appetitui monſtrat, & media pro ipſo acquirendo conſultat, atque deliberat. 5 Appetitus autem præter intellectus rationem mouet, cum alium præcipit motum ab eo, quem intellectus deliberauit, quemadmodum in iis accidit, qui concupiſcentia feruntur. Quoniam igitur intellectus abſque appetitus auxilio non mouet, appetitus verò intellectus ratione ſpreta efficit motum, manifeſtum eſt appetitum præcipuam, ac principalem progreſſiui animalium motus cauſam eſſe.

Atque [1] intellectus quidem ſemper verus eſt, quoniam ſi intellectum ſolum, rectamq; rationem ſequamur agentes, recte ſemper operabimur, nec peccabimus vnquam, vt in ijs patet, qui continentes ſunt, & quamquam ſæuiat perturbationum æſtus, recte nihilominus agunt. [2] Appetitus verò perinde, ac imaginatio aliquando rectus, & non re

4 Nunc autem intellectus nõ videtur mouere ſine appetitu, voluntas enim appetitus eſt: cùm autem ſecundũ rationem mouetur, & ſecundum voluntatem mouetur.

5 Appetitus autẽ mouet præter rationem; concupiſcentia enim quidam appetitus eſt.

Tex 51.

1 Intellectus igitur omnis rectus eſt.

a Simplicius.

2 Appetitus autem, & imaginatio recta, & non recta, ...

Digitized by Google

ctus contingit, quia & rationi conformis eſſe poteſt, illique obſecundare, quemadmodũ in temperante, & aduerſari, atq ad pugnantia trahere, vt in eo, qui incontinens eſt. 3 Quamobrẽ haud intellectus, qui non ſẽper mouet, principium motus erit, ſed appetitus, qui ſi rationẽ ſequatur, continentem mouet, ſi ſenſum, incontinentem. 4 Hoc verò ad quod tendens appetitus mouet, aut re vera bonũ, aut apparens dumtaxat bonum eſt. 5 Omne autẽ bonum ſufficiens non eſt ad terminandum motum, qui ab appetitu prouenit, ſed id quod actione contingenter aſſequi, & obtinere poſſumus. 6 Ex quibus manifeſtum eſt facultatem animæ, quam appetitum dicimus, primum, ac præcipuum animalium motus principium eſſe.

Ex [1] his patet, ſi partes animæ ob potentias, & facultates diuidamus, ac ſeparemus, animæ partium excedi numerum, quem Veteres aſſignarunt Philoſophi. Etenim nutritiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, deliberatiuum, & appetitiuum ab inuicem magis differunt, quã iraſcibile, & concupiſcibile, quæ ſub eodem ſenſitiuo principio continentur.

Dubitabit autem quiſpiam [a] haud vnum eſſe primarium motus in animalibus principium.

Nam [1] plures inter ſe oppoſiti appetitus

3 Vnde ſemper quidẽ mouet appetibile.

4 Sed hoc aut eſt bonum, aut apparens bonum.

5 Non omne autem, ſed agibile bonum: agibile aũt eſt, quod poteſt & aliter ſe habere.

6 Quòd igitur huiuſmodi potentia animæ, quæ vocatur appetitus, mouet, manifeſtum eſt.

Tex. 52.

1 Diuidentibus autẽ aĩæ partes, ſi ſecundum potentias diuidant, ac ſeparent, valdè multæ fiunt, nutritiuum, ſenſitiuum, intellectiuũ, deliberatiuum, appetitiuum: hæc. n. plus differunt ab inuicem, quàm cõcupiſcitiuũ, & iraſcitiuum.

a *Themiſtius.*

Tex. 53.

1 Quoniã aũt appetitus fiunt contrarij ab inuicem: hoc

titus videntur, atq; tum fiunt, cum rationi aduerſatur concupiſcentia, quemadmodum in homine contingit, qui nõ modò præſens, ſed futurum quoq; tempus diſcernit.[2] Etenim intellectus agnoſcens quidem propoſitum eſſe delectabile obiectum, ſi præſens aduertat tempus, quo reficitur ab eo, & recreatur, pernicioſum autem, ſi tempus futurum proſpiciat, quo ſuſcipere detrimentum poteſt, ab eo retrahi animali iubet, vt ijs qui febri laborant, accidit, quibus delectabilis frigidæ aquæ potus ad necẽ inferendam aptus videtur.[3] At concupiſcentia, quia tantum reſpicit præſens, ac futurum minimè cognoſcit, delectabile oppoſitum obiectum ſimpliciter bonum eſſe iudicans ſummo ardore appetit, & animal ad ipſum amplectendum mouet. Ex quibus manifeſtum eſt non modo plures, ac diuerſos, ſed etiã contrarios, ac pugnantes eſſe appetitus, ideoq; primarium motus in animalibus principium haudquaquam vnum, ſed multiplex eſſe.

Aſſerendum [1] tamen eſt, [a] principiũ animalis motiuum ſpecie, ſeu genere vnum eſſe, quatenus appetitus, vt appetitus eſt, ſiue de ſenſitiuo, ſiue de intellectiuo loquamur, eandem, ac genericam rationem boni, veluti proprium, & adæquatum reſpicit obiectum.[2] Etſi verò

aſit accidit cùm ratio, & cõcupiſcentia contrariæ ſunt: ſit aũt in temporis ſenſum habentibus.

2 Intellectus enim propter futurum retrahere iubet.

3 Concupiſcẽtia aũt propter præſens; videtur enim quod iam delectabile eſt, & ſimpliciter delectabile, & bonum ſimpliciter, propterea quod non videtur futurum.

Tex 54.

1 Specie quidem vnum erit mouens appetitiuũ, in quantum appetitiuum.

a Philoponus.

2 Primum autẽ omnium appetibile,

verò appetitus animalium ſit mouens, primum tamen omnium mouens appetibile eſt. 3 Hoc enim quatenus intellectum, aut imaginatum eſt, haud quidẽ mouetur, ſed mouet, cum veluti finis appetitum ad motum efficiendum excitet. 4 Plura autem numero erunt mouentia, dum appetitus ſecundum ſuam cuiuſq; propriam vim, & rationem conſiderantur. 5 Aduertendum autem eſt tria eſſe, quæ ad animalis motum concurrunt, aliud quidem, quod mouet, aliud quod mouetur, & aliud, quo efficitur motus. 6 Atque mouens duplex eſt, aliud immobile vt bonum intellectum, aut imaginatum, & aliud mouens, ac motum, vt appetitus, qui vt appetibile appetit obiectum mouetur. Motus enim quidam, a appetitus eſt, quatenus actu operans, atq; ab appetibili excitatus erigit ſeſe, attolitq; & in ſuũ bonũ impetum facit. 7 At id quod mouetur animal eſt, id verò, quo vt inſtrumento appetitus mouet, aliquid corporeum eſt. 8 De quo in tractatu de communibus animæ, & corporis operationibus agẽdum eſt.

Atque 1 vt aliqua breuiter de inſtrumento, quo animalis efficitur motus colligam, id eſſe membrorũ articulos cenſeo, in quibus & motus principium, & finis reperitur. 2 Nam in oſſium, quibus articuli conſtant, nexu, vnius gibbo alteri u

3 Hoc .n. mouet, & non mouetur, eo quòd ſit intellectũ, aut imaginatum.

4 Numero autem plura mouentia.

5 Quoniam autem tria ſunt, vnum quidem mouens, ſecundum aũt quo mouet, & tertium quod mouetur,

6 mouens aũt duplex, aliud quidem immobile, aliud autem mouens, & motum, eſt vtique immobile quidem agibile bonum, mouens aũt, & motum appetitiuum; mouetur enim quod appetit, ſecundum quod appetit, & appetitus motus quidam eſt, quatenus actu.

a Auerroes.

7 Quod autem mouetur eſt animal, quo vero mouet inſtrumẽto appetitus, iam hoc corporeum eſt.

8 Vnde in communibus animæ, & corporis operibus conſiderandum eſt de ipſis.

Tex. 53.

1 Nunc autem vt in ſumma dicam, mouẽs inſtrumentaliter, vbi principium, & finis idem.

2 Vt commiſſura oſſium: hic enim cõuexum, & concauũ, hoc quidem finis, illud verò

alterius cauum excipiente, peragitur motus; dum alterum quidem os immotum quieſcit, ac fixum manet, quod motus proinde finis eſt; alterum autem ab eo pendens flectitur, aut extenditur; quod principium motus dicitur: 3 ratione quidem diuerſa, quatenus aliud mouetur, aliud quieſcit, magnitudine verò inſeparabilia; quod ſimul iuncta, & colligata ſint. 4 Prętereà cum omnia pulſu, ac tractu moueantur, in ſingulorum membrorum flexu, ac motu tractus eſt, cum pedem, aut manum ad nos contrahimus, & pulſus cum à nobis foras extendimus. 5 Atque vt in circulo immobile centrum eſt, circa quod fit motus; ſic in membrorum motione velut centrum articulatio eſt, vnde motus principium exiſtit.

Manifeſtum 1 igitur ex dictis eſt, animal quatenus appetitiuam habet potentiam proprij motiuum corporis eſſe, 2 atque appetitum quidem mouere non poſſe, niſi cognoſcente quapiam virtute res appetenda illi proponatur, & velut appetenda appareat. 3 Omnis autem cognoſcitiua facultas, aut rationis eſt, aut ſenſus, & illa quidem ſolius eſt hominis; 4 hęc tum hominis, tum belluarũ propria. 5 Conſiderandum nunc eſt de motiuo principio, quod in imperfectis ineſt animalibus, quibus tactiua ſolum

com-

principium: vnde aliud quidem quieſcit, aliud verò mouetur,

3 ratione quidẽ diuerſa exiſtentia, magnitudine verò inſeparabilia.

4 Omnia enim pulſu, & tractu mouentur.

5 Quapropter oportet, ſicut in circulo manere aliquid, & hinc incipere motum.

Tex. 56.

1 Omnino igitur ſicut dictũ eſt, in quantum animal appetitiuum eſt, ſic ſui ipſius motiuum eſt.

2 Appetitiuum autem non ſine imaginatione.

3 Imaginatio autem omnis aut rationalis eſt, aut ſenſitiua.

4 Hac igitur & alia animalia participant.

5 Conſiderandum aut͞ & de imperfectis, quid eſt moués, quibus ſenſus ſolũ ii eſt tactus, vtrum contingat ima-

ginationem ineſſe his, tu mon, & concupiſcentiam.

6 Videtur. n dolor, & voluptas ineſſe: ſi autem hæc, & concupiſcentiā ineſſe neceſſe eſt.

7 Imaginatio autē quomodo vtique inerit?

8 An ſicut mouētur indeterminate, & hæc inſunt quidem, indeterminatè autem inſunt.

competit facultas, atque vtrum imaginationem, & appetitum habeant indagare oportet. 6 Certum verò illud eſt hæc animalia dolore, ac voluptate affici, quare, & appetitum neceſſario obtinent. 7 At inquies, quomodo in his imaginatio ineſt? 8 Reſpondeo, vt hęc animalia indeterminato, & cōfuſo cientur motu, quatenus præſenti dumtaxat percepto obiecto ſe conſtringunt, vt nociuum fugiant, atq; dilatant, vt delectabile recipiant: ſic & indeterminatum appetitum, atq; imaginationem habere, quatenus ſolum applicatum obiectum, vt nociuum, ac delectabile ſentiunt, & appetunt, aut fugiunt.

Tex 57.

1 Senſitiua igitur imaginatio, ſicut dictum eſt, & in alijs animalibus ineſt.

2 Deliberatiua autem in rationalibus.

3 Vtrum .n. aget hoc, an hoc, iam rationis eſt opus, & neceſſe eſt vno menſurare.

a Simplicius Themiſtius.

4 Maius enim perſequitur.

5 Quare poteſt vnum ex pluribus phātaſmatibus facere.

Cognoſcitiua 1 igitur potentia, quatenus ſenſu prædita eſt, omnibus, vt diximus, animalibus ineſt. 2 At ea, quę conſultando, ac deliberando operatur ſolis competit hominibus, qui ratione, ac diſcurſu agunt. 3 Vtrum enim hoc, an illud agendum ſit, ratio diſcernit, a atque eo quod per ſe vtile videtur tanquam menſura ea, quæ percipit, metitur, 4 id omnino agendum eſſe deliberans, quod propoſito magis vtili proximum eſt, & aptius ad finem conſequendum exiſtit. 5 Quare ex pluribus occurrentibus phantaſmatibus, atque obiectis ad aliquem finem propoſitis eligit vnum reijciens alia, quæ ab eo, quod

quod per ſe vtile eſt, magis recedunt, minimeq; apta ad conſequẽdum finem videntur.[6] Hæc autem cauſa eſt, ob quam haud arbitramur ſenſitiuam cognitionem duci opinione ad iudicandum.[7] Neque enim ratiocinationem ad unctam habet, ex qua oritur opinio, cum tamẽ eam rationalis obtineat cognitio.[8] Ex quo patet ſenſitiuum appetitum, non ex præexiſtente deliberatione, ſed ex ſola imaginatione moueri. Quoniam verò in homine duplex eſt appetitus, & is qui ſenſum, & is qui rationem ſequitur, conueniens eſt docere, quemadmodum ſe habeant, & vter alteri dominetur.[9] Interdũ igitur ſenſitiuus appetitus vincit, eiq; cedit prorſus voluntas, ſuccumbit, atque dat manus, vt in homine intemperante.[10] Interdum ſenſitiuum appetitum voluntas ſedat, componit, ſibiq; ſubiectum facit, quemadmodum in temperante, & virtute prædito homine.[11] Interdum autem appetitus appetitum mouet, ac ſuperat, cum exiſtente affectuum pugna, aut ſenſitiuus renitentem, ac reclamantem rationalem vi rapit, aut ſenſitiuum rationalis.[b] Nam vt in cęleſti motu ſuperior orbis non ſiſtit inferioris motũ, ſed etſi ad ortum is contendat, maiori tamen vi ad occaſum rapit, ſic appetitus alter nõ ſedat alterum, ſed in contrariam licet

6 Et cauſa hæc eſt, quod opinionem nõ videtur habere.

7 Quoniam eam, quæ eſt in ſyllogiſmo, non habet: hęc autem illam.

8 Quapropter deliberatiõẽ non habet appetitus.

9 Vincit autem aliquãdo, & mouet voluntatem.

10 Aliquãdo autem illa hũc.

11 Interdum ſicut ſphæra appetitus appetitum, cũ incontinentia facta eſt.

b Themiſtius.

ſtimulantem partem ſecum abducit. 12 Quamquam enim voluntas natura ſua ſuperior ſit, & melior virtus, vincereq; ſemper deberet, & mouere hominem, ſi tamen velut ſeditione facta imbecillior exiſtat hominis vitio, mouet concupiſcentia. 13 Quamobrem tribus homo ciebitur motibus, cum aut voluntas cedit concupiſcentię, vel concupiſcentia voluntati, vel neutra alteri, ſed reluctans, & inuita rapitur.

12 Natura autem ſemper ſuperior principalior eſt, & mouet,

13 adeò vt tribus lationibus iam moueatur.

At 1 vero potentia, quæ rerum quidditates contemplatur, haudquaquam mouet, ſed perpetua, quam ex rerum cognitione haurit, fruitur quiete. 2 Quoniam autem exiſtimatio, & ratio, quatenus ad actiuum intellectum pertinet, hæc quidem vniuerſales agibiles propoſitiones cognoſcit, illa verò ſingulares percipit, 3 atque illa quidem quodcunq; bonum afficiendum honoribus eſſe dicit, hæc autem ſingulare bonum certo, ac determinato proſequendum honore iubet: 4 non ea profecto, quæ vniuerſalia dumtaxat percipit, ſed quæ ſingularia apprehendit cognitio mouet, 5 aut certe, ſi vtraque mouet, aſſerendum eſt vniuerſalium cognitionem ad motum per ſe efficiendum ineptam quodammodo quieſcere, nullumque imperare motum, accedente verò ſingularium notitia, ac minori ad ſingu-

laria

Tex. 58.

1 Scientificum autem nō mouet, ſed manet.

2 Quoniam autem exiſtimatio & ratio hæc quidem ipſius vniuerſalis eſt, illa verò ipſius ſingularis,

3 illa enim dicit, quod oportet talem tale agere, hęc autem quod hoc tale, & ego quidem talis,

4 iam hæc mouet opinio, nō ea quæ vniuerſalis,

5 aut vtraque, ſed illa quidem quieſcens magis, hæc autem minimè.

Digitized by Google

laria contracta propoſitione ex maiori, atq; vniuerſali deducta, mox ſubſequi motum, qui ad ſingularia tantummodo proſequenda tendit.

Iam ſatis de parte animæ loco motiua, & quatuor animæ partibus, quibus diuerſa viuentium genera conſtituũtur, diximus. [a] Nunc explicatas animæ partes ad inuicem comparare, & conferre conſentaneum eſt.

a S.Thomas.

Neceſſe [1] ergò eſt omne, quod viuit, animamq; habet nutritiua anima prædi tum eſſe ab ortu, ac generatione vſque ad interitum, & corruptionem. Manifeſtũ hoc eſt. [2] Nam omne viuẽs, quod generatum eſt, augumentum, ſtatum, ac decrementum habet, [3] at hæc abſq; alimento fieri nequeunt, alimentum vero ſolius animæ vegetatiuæ adęquatum obiectum videtur, [4] ergò vegetatiua pars animæ omnibus ineſt viuentibus, quæ augumentum, ac decrementum ſuſcipiunt.

Tex 59.

1 Nutritiuam igitur animam neceſſe eſt habere omne, quodcunq; viuit, & animam habet à generatione vſq; ad corruptionem.

2 Neceſſe eſt enim quod genitum eſt augumentum habere, & ſtatum, & decrementum.

3 Hæc autem ſine alimento eſt impoſſibile.

4 Neceſſe eſt igitur nutritiuam potentiam in omnibus ineſſe, quæ augentur, & diminuuntur.

Senſus [1] autem omnibus haud viuẽtibus competit. [2] Etenim corpora ſimplicia ſenſu tactus carent, primarum temperie qualitatum ad cõſtitutionem ipſius requiſita. [3] Atque ſine tactu nec alios ſenſus, nec vllum exiſtere animal poſſibile eſt. [4] Item quęcunque formas ſine materia, ſeu ſpecies ſenſibiles, quatenus ſenſibiles ſunt recipere nequeunt,

Tex 60.

1 Senſum autem non eſt ineſſe in omnibus viuentibus.

2 Neque enim ea, quorũ corpus ſimplex eſt, contingit habere tactum,

3 neq; ſine hoc poſſibile eſt eſſe vllum animal,

4 neque quæcunq; non ſunt ſuſceptiua formarum ſine materia.

Digitized by Google

ſenſu tactus deſtituta videntur. Quare cum plantæ corpore ad ſimplices vergente qualitates præditæ ſint, ſpecieſq; ſenſibiles, vt ſenſibiles ſunt, ſuſcipere nequeant, ſenſu tactus carebunt, nullumque proinde habebunt ſenſũ. Omnibus igitur viuentibus haudquaquam ſenſus ineſt. 5 At ſenſum animalibus competere, ſi fruſtra nihil operatur natura, oportet. 6 Nam omnia, quæ natura conficiuntur, ad aliquem finem ordinata ſunt, aut certe ad ea conſequuntur, quæ propter finem exiſtunt: quare nihil rebus à natura productis conuenire poteſt, quod fruſtra, ac temere factum ſit. Iam corpus animalis progreſſiuum fruſtra non eſt, ſed ipſum ita diſpoſuit, atque inſtruxit natura, vt progredi, ac moueri poſſet, ergo ad aliquem aſſequendum finem progreditur, ac mouetur, quem alium profecto eſſe imaginari non poſſumus, niſi vt alimentum quærat, quo propriam conſeruet, ac tueatur vitam. 7 At ſi progreſſiuum animalis corpus ſenſu deſtitutum ſit, non modo progrediendo intentum à natura non aſſequetur finem, quo propriam ſuſcepto alimento ſeruare debet vitam, ſed potius ad interitum perducetur. 8 Neque enim ad optatum pertinget alimentum, ſed huc, atque illuc errans inopia alimenti conſumetur, ac peribit

5 Animal aũt neceſſe eſt ſenſum habere, ſi nihil fruſtra facit natura.

6 Omnia .n quæ natura sũt, propter aliquid ſunt, aut caſus ſunt eorũ, quæ ſunt propter aliquid.

7 Si igitur omne progreſſiuũ corpus non habeat ſenſum, corrumpetur vtique, & ad finem non perueniet, qui eſt naturæ opus.

8 Quomodo enim aletur?

Digitized by Google

peribit cognitione deſtitutum, ſine qua ad certum, ac determinatum finem moueri haud poteſt.[9] Quę autē progreſſiuū non habent corpus, ſed ſtabilia ſemper in eodem loco ſunt, obuium quidem habent alimentum, ſed niſi ſenſum illius haberent, quo ab alienis illud dignoſcerent, ad illud non ſe expanderent, neq; ad ſe allicerent.

Nec vero[1] fieri poteſt vt vllum corpus animalis, quod progreditur, & locum mutat, ortuique, & interitui obnoxium eſt, animam, & intellectum ratiocinantem habeat, ſenſu autem deſtitutum ſit.[2] Quod etiam de quibuſcumq; alijs animalibus aſſerendum eſt, ſi quæ prętęr hominē reperiātur nobis ignota quæ haud genita ratione vtātur, & intellectu viuant.[3] Quæ enim afferri poteſt ratio, qua huiuſmodi corpora ſenſu carere dicamus?[4] Nam aut his corporibus denegamus ſenſum, quia ſic animę conducat, aut quia ſic requirat corpus: [5] at neutrū poſſibile eſt, etenim abſq; ſēſu, nec exiſtēs in ijs anima exactius intelliget, quæ vt experimur ſenſu ad intelligendū iuuatur, & quaſi manu ducitur, nec facilius eorū conſeruabitur corpus, iudice optimo exiſtente ſenſu alimentorū, quibus ad ſui conſeruationē eget,[6] ergò nullū corpus animalis progreſſiuū animā, & intellectum abſq; ſenſu habet. Sed

9 Manentibus .n. ineſt hoc, vnde nata ſunt.

Tex. 61.

1 Non eſt autem poſſibile, vt corpus habeat quidem animam, & intellectum diſcretiuum, ſenſum autem non habeat, non manſiuum exiſtens, generabile autem.

2 At verò neq; ingenerabile.

3 Quare .n. non habebit?

4 Aut enim animæ melius erit, aut corpori.

5 Nunc autem neutrum eſt, illa enim non magis intelligit, hoc autem nihil erit magis propter illud.

6 Nullum ergò corpus non manens habet animam ſine ſenſu.

Digitized by Google

Sed iam quale ſit corpus, quo vt inſtrumento ad ſentiendum vtitur animal docendum eſt.

Ergo 1 ſi animal ſenſum habet, aut ſimplex, aut mixtum obtinet corpus. 2 At ſimplex eſſe impoſſibile eſt, 3 neq; enim tactum haberet, quem tamen, vt probabimus ex neceſſitate habet. Quare mixtum animalis corpus erit.

Manifeſtum 1 autem eſt animalibus neceſſario tactum ineſſe. 2 Nam animal corpus animatum eſt, omne autem corpus generabile tangibile eſt, atq; id tangibile videtur, quod tactu percipitur. Iam ſic arguo: corpus animalis tangibile eſt, ergo à tangibilibus qualitatibus alterari poteſt. 3 Quare ſi proprium animal tueri, ac ſeruare corpus debet, ſenſu tactus præditum eſſe oportet, vt ea, quæ detrimentum afferre, aut iuuare poſſint, tangibilia diſcernat. Hæc vltima conſequentia probatur: 4 nam alij ſenſus per externa media ſenſibilibus dumtaxat ſpeciebus receptis patiũtur, nec à proprijs ſenſibilibus, vt ſenſibilia ſunt, deſtrui poſſunt, vt olfactus, viſus, & auditus, at obiecta tangibilia per ſe, vt tangibilia ſunt, materialibus immiſſis qualitatibus realiter animalis corpus alterare, ac deſtruere apta ſunt, ſiquidem medio contactu ſentiuntur quo exiſtente realis ex neceſſitate con-

ſequi

Tex 62.

1 At verò ſi habet ſenſum, neceſſe eſt corpus eſſe, aut ſimplex, aut mixtum.

2 Impoſſibile autem eſt ſimplex eſſe.

3 Tactum enim nõ habebit, eſt autem neceſſe hunc habere.

Tex. 63.

1 Hoc autem ex his manifeſtum.

2 Quoniam enim animal corpus animatum eſt, corpus autem omne eſt tangibile, tangibile autem quod ſenſibile tactu,

3 neceſſe eſt & animalis corpus tactiuum eſſe, ſi debeat conſeruari animal.

4 Alij enim ſenſus per alia ſentiunt, vt olfactus, viſus, auditus,

ſequitur actio. 5 Neceſſe ergò eſt animalis corpus ſenſu tactus præditum eſſe, vt ea, quæ nocent, ac iuuant, diſcernere, & hæc quidem ſuſcipere, illa autem fugere poſſit. 6 Quòd ſi hoc ſenſu deſtitutum ſit animal, proprium ſeruare, ac tueri corpus nullo modo poterit. 7 Quapropter etiam guſtus ad animalis ſalutem neceſſarius eſt, propterea quòd tactus quidã ſit, nempè alimenti, quod tangibile corpus eſt.

Sonus 1 autem, color, & odor, nec alunt, nec augumentum, aut decrementum faciunt, eorumque proinde ſenſus nec tactus, nec guſtus dicitur. 2 Quamobrem guſtum eſſe tactum quendam oportet, cùm tangibilis, atque alimenti ſenſus ſit. 3 Hi igitur ſenſus ad ſalutẽ animalis neceſſarij ſimpliciter ſunt, & abſque tactu vllum conſiſtere animal impoſſibile eſt, 4 At cæteri ſenſus haudquaquam ſimpliciter animalibus neceſſariò inſunt, ſed ijs ad perfectiorem vitæ ſtatum à natura conceſſi videntur, vt per eos videlicet quam plurima apprehenderent ſenſibilia. 5 Atque omnia haud animalia hos omnes obtinent ſenſus, ſed ea tantummodò, quæ progreſſiuo cieri motu apta ſunt. 6 Si enim hęc animalia propriam tueri ſalutem debẽt, non modò alimentum medio contactu percipere, ſed alijs quoq; ſenſibus oportet,

5 tangens autem niſi habeat ſenſum, non poterit hęc quidem fugere, illa autem accipere.

6 Si verò hoc, impoſſibile eſt ſaluari animal.

7 Quapropter & guſtus eſt, vt tactus quidam, alimenti enim, alimentum autem corpus tangibile.

Tex 64.

1 Sonus autem, & color, & odor non alunt, neque faciunt augmentum, aut decrementum.

2 Quamobrem & guſtum neceſſe eſt tactum eſſe quendã, quia tangibilis, & nutritiui ſenſus eſt.

3 Hi igitur neceſſarij ſũt animali: atque manifeſtum eſt quod non eſt poſſibile ſine tactu animal eſſe.

4 Alij autem propter bonũ.

5 Et generi animalium iam non cuicunque, ſed cuidam, vt progreſſiuo neceſſe eſt ineſſe.

6 Si.n. debeat ſaluari, nõ ſolum oportet tangendo ſentire, ſed & eminus.

Digitized by Google

tet, quibus ipſum procul exiſtens appre hendant, ac diſcernant.

Remota [1] verò tum ſenſus obiecta co gnoſcunt,[a] cùm à ſenſibilibus affectum, ac patiens medium ipſa mouerit, atque affecerit ſenſoria, prodeuntes ab obiectis tranſmittendo ſpecies. [2] Etenim quemadmodum loco mouens vſque ad certum, ac determinatum mouet locũ, & id, quod proximum pellit corpus facit, vt aliud quoque ipſum contiguum pellat, perq; medium efficitur motus, qui à primo aliquo motore prouenit, [3] adeo vt mouens primum pellat, ac minimè pellatur, vltimum pellatur, & haud pellat, medium verò, & pellatur, & pellat, ſiue plura ſint media, ſiue vnum tantum, triaq; proinde in hoc inſunt motu, & mouens immotum, & mouens motũ & motum haud mouens: [4] eadem ratione in ſenſatione contingit, vt obiectum mouens immobile ſit, medium mouens, & motum, ſenſorium autem duntaxat motum exiſtat. [5] Differt verò ſenſatio à motu, quem diximus, quod mouens, ac pellens è proprio dimouetur loco, ſenſibile autem obiectum in eodem cùm mouet permanet loco. Atque ipſius medij natura, per quod obiecti ad ſenſorium tranſmittitur actio, apto explicari poteſt exemplo. [6] Vt enim cũ ceram efformat, ac effingit ſigillum, ad

eum

Tex. 65.

1 Hoc autem erit, ſi per medium ſenſitiuum fuerit, eo quod illud quidem à ſenſibili patiatur, & moueatur, ipſum autem ab illo.

a *S. Thomas.*

2 Sicut.n. mouens ſecũdum locum vſq; ad permutationem facit, & pellens alterũ facit vt pellat, & eſt per medium motus,

3 & primum quidẽ mouens pellit, & nõ pellitur, vltimũ autem ſolùm pellitur, & nõ pellit, medium autem vtraq, multa autem media:

4 ſic in alteratione,

5 præterquàm quòd manens in eodem loco alterat.

6 Vt ſi quis in ceram tinxerit, vſque ad id mota eſt, quouſque tinxit.

eum vſque terminum mouetur cera, in quo ſigilli imprimitur figura, [7] atque lapis quidem ob duritiẽ ſigilli figuram ſuſcipere nequit, [8] aqua vero profundius, atque intimius impreſſam recipit figuram, quam cera, [9] aer autem eandem per totam patitur ſubſtantiam: [10] ſic exiſtimandum eſt aerem potiſſimùm ad ſuſcipiendas, atque ad ſenſorium tranſmittendas obiectorum ſpecies aptum eſſe, cum vnus, ac minimè diſtractus permanet. [11] Vnde male eſt opinatus Plato, ex eo viſionem fieri, quod egredientes à viſu radij ad obiectũ pertingerent, iterumque reflexi ad ipſum redirent viſum. Aſſerendum enim potius eſt aerem à colore, ac figura pati ſenſibiles recipiendo ſpecies, cum exiſtens læuis vnus, & continuus ad viſum pertingit. [12] Quamobrem eadem ratione patitur aer, ac viſum mouet, qua figuram ſigilli ad vltimum vſq; ceræ terminum imprimi videmus.

Manifeſtum [1] autẽ eſt animalis corpus eſſe ſimplex, vt igneum, aut aereum non poſſe. [2] Etenim abſque tactu alius in animali ſenſus eſſe nequit, cum animalis quodcunque corpus ſenſum tactus obtinere probatũ ſit. Corpus vero ſimplex tactum habere nequit, propterea quod is in quadam tangibiliũ omnium qualitatum mediocritate cõſiſtat

7 lapis autem nihil,

8 ſed aqua vſque procul,

9 aer autem ad plurimum mouetur,

10 & agit & patitur, ſi maneat, & vnus ſit.

11 Vnde & de refractione eſt melius, quam viſum egredientem refrãgi, aerem pati à colore, & figura, vſquequo ſit vnus, in læui autem eſt vnus.

12 Quapropter iterum hic viſum mouebit, ſicut vtiq; ſi ceræ ſigillum ad finé vſq; ſuccederet.

Tex. 66.

1 Quòd autẽ impoſſibile ſit ſimplex eſſe animalis corpus, manifeſtum eſt; dico vt igneum, aut aereum.

2 Sine .n. tactu nullum contingit alium ſenſum habere; corpus enim animatum omne tactiuum, ſicut dictum eſt.

3 Alia autem, præter terrã, ſenſoria quidem vtique ſ..ent, omnia autem per aliud ſentiendo faciunt ſenſum, & per medium.

4 Tactus autẽ eſt in tangendo ipſa.

5 Quapropter & hoc nomẽ habet.

6 Attamen & alij ſenſus tactu ſentiunt, ſed per alia.

7 Hic autẽ videtur ſolus per ſeipſum.

8 Quare huiuſmodi elemẽtorum nullum vtique erit animalis corpus: neque itaque terreum.

9 Omniũ enim tangibilium tactus eſt ſicut medietas, & ſuſceptiuum eſt ſenſorium, non ſolùm differentiarum, quæcumque terræ ſunt, ſed & calidi, & frigidi, & aliorum omnium tangibilium.

vt omnium exceſſus, ac redundantias percipiat, ergo corpus animalis eſſe ſimplex nullo modo poteſt. 3 Nec dicat quiſpiam alios ſenſus ex ſimplicibus elementis, præterquàm ex terra cõflata obtinere ſenſoria. Nam per aliud, & per externum medium proprias efficiunt ſenſationes. 4 Tactus autem abſque vllo extrinſeco ex parte ſenſus requiſito medio propria tangendo ſentit obiecta. 5 Vnde, & proprium ſortitur nomen. 6 Quanquam enim alij ſenſus tactu ſentire videantur, ad omnem perficiendam actionem requiſito contactu, hoc tamen exteriori intercedente medio cõtingit. 7 Tactus autem ſolus per ſeipſum connato exiſtẽte medio ſentit. Quamobrem ſenſorium ipſius oportet ſolidum eſſe, ne ab obiecto tangibili applicato diſſoluatur, ac pereat, aut certe ſenſationis turbetur iudicium, minuſq; ſincere promatur, indeq; ex elementorũ mixtione conflatũ. 8 Non igitur animalis corpus ex aere, aut igne, aquaue ſimiliter poteſt conſtitui At nec etiam ex terra conſtare poſſibile eſt. 9 Nam ſenſorium tactus in quadam omnium tangibilium qualitatum mediocritate, ac tẽperie conſiſtit, & non modo quaſcumque terræ differentias, ſed & calidum, ac frigidum, & omnes alias tangibiles qualitates pati, ac ſuſcipere aptũ eſt.

Digitized by Google

eſt. 10 Vnde nec oſſibus, nec pilis, nec ſimilibus alijs partibus ob exceſsũ portionis terreæ ſentimus. 11 Hinc verò, & plantę omniũ ſenſuum expertes ſunt, quia & ipſæ terreæ exiſtunt. 12 Quare cum abſque tactu alius nullus exiſtat ſenſus, 13 hic autem, nec ad terram, nec ad alia ſimplicia elementa ſpectet, ſimplex nullum erit animalis corpus ſenſorij tactus naturam inſequens, atq; omnibus proinde elementis ad certam quandam temperiem, ac proportionẽ redactis præditum corpus vnumquodque erit.

Ex his 1 manifeſtum eſt animalia, cum hoc ſolo priuantur ſenſu, ex neceſſitate mori. 2 Neque enim fieri poteſt, vt hunc ſenſũ id habeat, quod animal non eſt, neque animal cum ſit alium ſenſum præter hunc habere neceſſe eſt. 3 Ob hanc igitur cauſam aliorum ſenſuum obiecta, ſi requiſitam excedant proportionem, ac temperiem, vt color, odor, & ſonus, ipſos tantummodo ſenſus deſtruunt, haudquaquam verò animal corrumpunt, niſi ſecũdum accidens. 4 Neque enim à ſono interficitur animal, niſi cum eo depulſio, & ictus fiat, quemadmodum in tonitruo contingit, nec à viſilibus obiectis corrumpi animal poteſt, niſi quatenus putridis exalationibus inficitur aer: etſi

10 Et propter hoc oſſibus, & capillis, & huiuſmodi partibus non ſentimus, quia terræ ſunt.

11 Et plantę etiã ob hoc nullum habent ſensũ, quia terræ ſunt.

12 Sine autẽ tactu nullũ poſſibile eſt alium eſſe.

13 Hic autem ſenſus nõ eſt, neque terræ, neque vllius alius elementorum.

Tex. 67.

1 Manifeſtũ eſt igitur, quod neceſſe eſt hoc ſolo priuata ſenſu animalia mori.

2 Neque enim hũc poſſibile eſt habere nõ animal exiſtens, neque cum ſit animal, alium habere neceſſe eſt pręter hunc.

3 Et propter hoc quidẽ alia ſenſibilia exſuperantijs non corrumpunt animal, vt color, & odor, & ſonus, ſed ſolùm ſenſus, niſi ſecundum accidens:

4 puta ſi ſimul cum ſono pulſio fiat, & ictus, & à viſis & odore alia moueantur, quæ tactu corrumpunt, & ſapor quoque ſecundũ quod accidit ſimul tactiuum eſſe, ſic corrumpit.

Digitized by Google

ſæpe ob calorem ex vnione radiorum prodeuntem intereat. Nec etiã ab odoribus, ac ſaporibus animalis accidit corruptio, niſi quatenus ijs adiunguntur qualitatibus, quæ ſenſibiles tactu exiſtunt. 5 At qualitates tangibiles, vt calidum, ac frigidum, & alia huiuſmodi, ſi ab ea maximè recedãt proportione, ac temperie, in qua ſenſus tactus ineſt, quatenus per ſe tactus deſtruunt ſenſum, ex neceſſitate ipſum quoq; deſtruunt animal, quod abſq; hoc ſenſu exiſtere nequit.

5 Tangibilium autem exſuperantia, vt calidorum, & frigidorum, & durorũ, corrumpit animal.

Etenim 1 vnumquodq; ſenſibile excellens deſtruit ſenſum, quare, & excellens quoque tangibile ipſum deſtruit tactum. 2 At hoc ſenſu animalis definitur vita, ſiquidem abſque tactu eſſe animal nõ poſſe probauimus. 3 Mirum ergo non eſt, ſi eorum quæ tactu percipiuntur excellentiæ, non modo ſenſorium ipſius, verum, & ipſum quoque interimant, & corrumpant animal, cuidumtaxat ſenſum tactus ineſſe contingit. 4 Atque alios quidem ſenſus habet animal, vt diximus, non vt neceſſario exiſtat, ſed vt perfectionem, longioremque vitam agat. 5 Etenim viſum habet, vt in aere, aut aqua degens, quæ in ijs, & in quolibet perſpicuo remota iacent obiecta, conſpiciat, ſicque ad ea progrediatur, quæ ſalutaria ſunt,

Tex. 68.

1 Omnis enim ſenſibilis exſuperantia corrumpit ſenſũ, quamobrẽ & tangibile tactum.

2 Hoc autem determinatum eſt ipſum viuere, ſine enim tactu demonſtratũ eſt quòd impoſsibile eſt animal eſſe.

3 Quocircà tangibilium exſuperantia nõ ſolùm corrũpit ſenſum, ſed etiã animal, quia neceſſe eſt ſolum habere hunc animal.

4 Alios autem ſenſus habet animal, ſicut dictum eſt, non vt ſit, ſed vt benè ſit.

5 Vt viſum, quia in aere, & aqua, vt videat, omninò autem quia in perſpicuo.

quæ

quæq; videntur nociua refugiat. [6] Guſtum autem animal obtinet, ut iucundum, ac moleſtum in alimento ſentiens, aut id, quod appetit quærat, aut ab eo, quod abhorret fugiat; quo pacto haud ſumitur guſtus, vt tactus quidam eſt primas reſpiciens qualitates, ſed vt ad ſaporem alimenti condimentum refertur. [7] Auditum verò, vt eorum, cum quibus verſatur cõceptus audiat. [8] Et linguam denique, vt proprios quos efformat conceptus exprimere, alijsque patefacere queat.

6 Guſtum autem propter iucundum, atq; moleſtum vt ſentiat id, quod in alimento & cõcupiſcat, & moueatur.

7 Auditum autem, vt ſignificetur aliquid ipſi.

8 Linguam verò, vt ſignificet aliquid alteri.

FINIS.

INDEX EORVM QVAE IN TOTO OPERE CONTINENTVR.

A

Accidentia propria demõſtratione cognoſcuntur. lib. 1. tex. 4.
Actus vnuſquiſq; in determinato ſubiecto ineſt. lib. 2. tex. 24. & 26.
Actus quomodo ſunt priores potentijs. lib. 2. tex 33.
Actus quot modis dicatur. lib. 2. tex 55.
Agens, & patiens determinatam proportionem habent. l. 1. t. 52.
Alcmeonis ſententia de natura animæ. lib. 1. tex. 32.
Alimenti eſſentiales conditiones quæ ſint. l. 2. t. 28.
Alimentum patitur ab eo, quod alit. l. 2. t. 45.
Alimentum quomodo ſimile, & oppoſitum alito ſit. l. 2. t 45.
Alimentum quid ſit. l. 2. t. 46.
Alimẽtum quomodo nutritionem, auctionem, & generationem efficiat. l. 2. t. 47.
Alimentum quomodo ſit nutritionis cauſa. lib. 2. t. 49.
Analogum aut nihil eſt, aut poſterius eſt. l. 1. t. 8.
Analoga communem definitionem non habent. l. 2. t. 30.
Anaxagoræ ſententia de natura animæ. l. 1. t. 23. & 24.
Animæ ſeparabilitatis à corpore cognoſcẽdæ regula traditur. l. 1. t. 13.
Animæ operationes per materiam definiendæ ſunt. l. 1. t. 15.
Animæ pertractatio ad naturalem Philoſophum ſpectat. l. 1. t. 15.
Anima per ſe moueri nequit. Probatur. l. 1. t. 38. vſque ad tex. 44.
Anima per ſe in loco non eſt. Probatur. l. 1. tex. 39.
Animam eſſe harmoniam Veteres putabãt. lib. 1. t. 50.
Anima harmonia non eſt. Probatur. l. 1. t. 55. vſq; ad tex. 59.
Anima nec intelligit, nec ſentit, ſed homo. lib. 1. t. 64.
Anima non eſt numerus ſeipſam mouens. Probatur. l. 1. t. 67. vſq; ad t. 74.
Anima non eſt cõpoſita ex elemẽtis, vt oĩa cognoſcat. Probatur. l. 1. t. 76. vſq; ad t 83.
Anima per totum vniuerſum diffuſa nõ eſt. Probatur. l. 1. t. 86. 87. & 88.
Aĩa vna eſt in vno, & eodẽ viuente. l. 1. t. 94.
Animæ plantarum, & inſectorum animalium potentia diuiſibiles ſunt. l. 1. t. 93. & 94. lib. 2. t. 20.
Anima vegetatiua fons, & origo vitæ eſt. l. 1. t. 95.
Anima corpus non eſt. Probatur. l. 2. t. 4.
Anima eſt forma, & ſubſtantia. l. 2. t. 4.
Anima eſt actus primus. Probatur. lib. 2. t. 5. & 6.
Animæ definitio traditur. l. 2. t. 7. & 26.
Anima, & corpus faciunt vnum. l. 2. t. 7.
Anima ſubſtantia, & quidditas corporis viuentis eſt Probatur. l. 2. t. 8. & 9.
Animę partes in eodẽ viuente loco, & ſubiecto diſtinctæ nõ ſunt. Probatur. l. 2. t. 20.
Animæ partes in eodem viuente ſola ratione differunt. l. 2. t. 22.
Animæ inter ſe analogice cõueniũt. l. 2. t. 30.
Anima vegetatiua quomodo in ſenſitiua inſit. l. 2. t. 37.

INDEX

Anima communiter ſumpta perfectè cognoſci non poteſt. l. 2. t. 3 1.
Anima eſt cauſa formalis corporis viuentis. Probatur. 2. t. 36. 37.
Anima eſt cauſa finalis corporis viuentis. l. 2. t. 37.
Anima eſt cauſa efficiens ſuarum operationum. l. 2. t. 37.
Anima eſt quodammodo omnia. l. 3. t. 37.
Anima quomodo ſit omnia. l. 3. t. 38.
Anima aſſimilatur manui. l. 3. t. 38.
Animæ partes inſufficiẽter diuidũt veteres. Probatur. l. 3. t. 41. & 42.
Animalia imperfecta quomodo appetitum, & imaginationem habeant. l. 3. t. 56.
Animalis corpus ex neceſſitate mixtum eſt. Probatur. l. 3. t. 66.
Animal quid in eſſe animalis conſtituat. l. 2. tex. 16.
Animalia inſecta quomodo imaginationẽ habeant. l. 2. t. 20.
Animatum quò differat ab inanimato. l. 2. tex. 13.
Appetitus ſenſum neceſſaria ſequitur. Probatur. l. 2. t. 27. & 29.
Appetitus quotuplex ſit. l. 2. t. 27.
Appetitus eſt præcipuum, ac primarium animalium motus principium. Probatur. l. 3. t. 50. & 51.
Appetitus quomodo à ſẽſu differat. l. 3. t. 29.
Appetitus quot ſint, & quomodo adinuicẽ ſe habeant. l. 3. t. 53.
Appetitus intellectiuus quomodo ſenſitiuũ vincat, & ab eo vincatur. l. 3. t. 57.
Appetibile primum animalium mouẽs eſt. l. 3. t. 54.
Auditus ſenſorium inſitum quendam, & internum obtinet aerem. l. 2. t. 82.
Auditui connaturalis aer quomodo immobilis ſit. l. 2. t. 83.
Auditui connaturalis aer quomodo perpetuo cieatur motu. l. 2. 84.
Auditus bonitas ex quo dignoſcatur. lib. 2. tex. 84.

C

COgnitio eſſentię ſubiecti confert ad cognitionẽ accidentiũ eiuſdem. l. 1. t. 11.
Cognitio accidentium confert ad cognitionem ſubiecti. l. 1. t. 11.
Cognitionem per ſimilitudinem obiecti cũ intellectu fieri haud recte dixerunt Veteres. Probatur. l. 2. t. 151.
Color viſibilis in ſuperficie corporũ ineſt. l. 2. t. 66.
Color quid ſit, l. 2. t. 67.
Color abſq; lumine viſibilis nõ eſt. l. 2. t. 67.
Color proprius vniuſcuiuſq; rei externo ſolum diei lumine videtur. l. 2. t. 72.
Corpora naturalia ſunt magis ſubſtantiæ, quam artificialia. l. 2. t. 3.
Corpora animata determinatos ſuæ magnitudinis terminos habent. l. 2. t. 41.
Corpus animatũ organicũ eſſe debet. l. 2. t. 6.
Critiæ ſententia de natura animæ. l. 1. t. 32.

D

DEfinitiones dialecticæ ſunt, quibus accidentia ſubiecti definiti non cognoſcuntur. l. 1. t. 11.
Definitio naturalis quæ ſit. l. 1. t. 16.
Definitio per ſolam materiam tradita ad nullam diſciplinam ſpectat. l. 1. t. 17.
Democriti opinio de natura animæ. lib. 1. t. 20. & 21.
Democriti ſententia de motu corporis ab anima confutatur. l. 1. t. 44.
Democriti error aſſerentis ob medium vacuum viſionem fieri. l. 2. t. 74.
Diogenis ſententia de natura animæ. lib. 1. tex. 32.

E

ECho quomodo fiat. l. 2. tex. 80.
Echo ſemper aliqua fit, etſi obſcura. l. 2. tex. 80.
Empedoclis ſententia de natura animæ. l. 1. t. 25.
Empedoclis error aſſerentis lumen eſſe corpus. l. 2. t. 70.
Empedoclis error in auctione plantarum explicanda. l. 2. t. 38. & 39.

F

FOrma id eſt, ſecundum quam hoc aliquid dicitur. l. 2. t. 2.
Fames quid ſit. l. 2. t. 28.

Finis

Finis quot modis dicatur. l. 2. t. 35.

G

Generare eſt opus animæ vegetatiuæ. Probatur. l. 2. t. 34.
Generatio ſimilis eſt maximè naturalis viuentibus. l. 2. t. 34.
Generatio ſimilis ob quē finē fiat. l. 2. t. 34.
Generationis cuiuſque eſſiciens quodnam ſit. l. 2. t. 52.
Guſtus ſenſum exactum obtinent homines. l. 2. t. 94.
Guſtus guſtabile, & non guſtabile percipit. l. 2. t. 123.
Guſtus ſenſorium ſola potentia humidum eſt. Probatur. l. 2. t. 104.
Guſtus ſenſorium quomodo actu humidū ſit. l. 2. t. 104.
Guſtus, & guſtabilis deſcriptio traditur. l. 2. t. 105.
Guſtabile non ſentitur per extraneum medium. l. 2. t. 101.
Guſtabile quoddam tangibile eſt. Probatur. l. 2. t. 101.

H

Harmonia quotuplex ſit. l. 1. t. 57.
Heracliti ſententia de natura animæ. l. 1. t. 32.
Hipponis ſententia de natura animæ. lib. 1. tex. 32.

I

Ignis inſtrumentaria dumtaxat auctionis cauſa eſt. Probatur. l. 2. t. 41.
Ignis determinatos ſuæ magnitudinis terminos non habet. l. 2. t. 41.
Intelligere propria animæ operatio videtur. l. 1. t. 12.
Intelligere ſine corpore non ſit. l. 1. t. 12.
Intelligere, ac ſentire corporis affectiones ſunt. l. 1. t. 66.
Ingenium hominis ex tactu iudicatur. lib. 2. tex. 94.
Intelligere, ac ſentire idem eſſe putant veteres. l. 2. t. 150.
Intelligere, ac ſentire idem non eſt. Probatur. l. 2. t. 152.
Intelligere perinde, ac ſentire pati quoddam eſt lib. 3. tex. 2.
Intellectio omnis aliquem terminum habet. Probatur l. 1. t. 48.
Intellectio quieti magis, quam motui ſimilis eſt. l. 1. t. 48.
Intellectus proprium in corpore non habet organū in quo operetur. l. 1. t. 92. l. 2. t. 11.
Intellectus an proprie alteretur falſa opinione depulſa, & vera acquiſita. l. 2. t. 98.
Intellectus ſciens pro libito poteſt intelligere. l. 2. 60.
Intellectus immixtus, atq; inaffectus ſuapte natura eſt. l. 3. t. 3.
Intellectus ab omni intelligibilis obiecti primarij natura denudatus eſt. l. 3. t. 4.
Intellectus natura quæ ſit in ordine ad obiecta. l. 3. t. 5.
Intellectus in operando cum corpore mixtus non eſt. Probatur l. 3. t. 6.
Intellectus formarum locus dicitur. l. 3. t. 6.
Intellectus non eodem modo inaffectus, atque ſenſus eſt. l. 3. t. 7.
Intellectus quomodo ſit in habitu. l. 3. t. 8.
Intellectus quomodo ſeipſum intelligat. l. 3. tex. 8.
Intellectus quomodo ſingulare, & quidditatem cognoſcat. l. 3. t. 10.
Intellectus quomodo ab obiectis patiatur. l. 3. t. 14.
Intellectus aſſimilatur tabellæ in qua nihil deſcriptum eſt. l. 3. t. 14.
Intellectus in actu ſecundum eandem rationem intellectus, atque intelligibilia eſt. l. 3. t. 15.
Intellectio idem cum ſcibili intellecto eſt. l. 3. t. 15.
Intellectus in actu idem eſt cū obiecto actu intellecto. Probatur l. 3. t. 15.
Intellectus cur non ſemper ſeipſum intelligit. l. 3. t. 16.
Intellectus agētis neceſſitas quæ ſit. l. 3. t. 17.
Intellectus agentis officiū quod ſit. l. 3. t. 18.
Intellectus aliquando propria intellectio eſt Probatur l. 3. t. 19.
Intellectus agens propria eſſentialiter actio eſt. Probatur l. 3. t. 19.

Intel-

Digitized by Google

Intellectus paſſiuꝰ corruptibilis eſt. l.3.t.20.
Intellectus operationes quæ ſint. l. 3.t. 21.
Intellectus quomodo indiuiſibile intelligat. l.3.t.23.24.& 25.
Intellectus quomodo priuationes cognoſcat. l 3 t.25.
Intellectus componens, ac diuidens ſemper verus, aut falſus eſt. l.3.t.26.
Intellectus circa ipſum quid eſt numquam fallitur. l.3.t.26.
Intellectus abſque phantaſmatibus non intelligit. l. 3. t. 30.
Intellectus actiui, ac ſenſus in operando ſimilitudo. l.3.t.30.& 33.
Intellectus actiuus,& ſpeculatiuus quomodo differant. l. 3. t. 34.
Intellectus quomodo intelligat ea, quæ ſecundum eſſentiam à materia ſeiuncta ſunt. l.3.t.35.
Intellectus abſq; phantaſię operatione non intelligit. l 3.t.39.
Intellectus actiuus quomodo ſolus propter finem intelligat. l.3.t.49.
Intellectus actiui principium quomodo appetibile ſit. l. 3. t.49.
Intellectus actiuus, & appetitus eundem reſpiciunt finem. Probatur. l.3.t.49.
Intellectus actiuus, & appetitus quomodo ſunt animalium motus principia l.3.t.49.
Intellectus quomodo conſultet, ac deliberet. l.3.t.57.
Intellectus abſq; ſenſu in inferioribus animalibus non eſt. Probatur. l.3.t.61.

L

Lumen quid ſit. l.2.t.69.
Lumen quo inſit in perſpicuo. l.2.t.69.
Lumen à quonam agente fiat. l 2.t.69.
Lumen non eſt corpus. Probatur l.2.te. 69 & 70.
Lumen eſt præſentia Lucidi in perſpicuo. Probatur l.2.t.70.
Lux color eſt. l.2. t.66.
Lucentia quędam in tenebris tantum videntur. l.2.t.72.
Lucentia quædam, & in tenebris, & ſole exiſtente videntur. l.2.t.74.

M

Mathematicus quę conſideret. l.1.t.17.
Materia hoc aliquid non eſt. l. 2.t.2.
Metaphyſicus quæ conſideret. l.1.t.17.
Moueri quot modis accidat. l.1.t.37.
Motus animalium principiũ nutritiua pars animæ non eſt. Probatur l.3. t.44.
Motus animalium principiũ ſenſitiua pars animæ non eſt. Probatur. l.3.t.45.
Motus animalium principium diſcurſiua pars animæ non eſt. Probatur l.3.t.46.
Motus animalium principium intellectus actiuus non eſt. Probatur l. 3 t.46.& 47.
Motus animalium principium appetitus non eſt. Probatur l.3.t.47.
Motus animalium principium quod ſit. l.3. tex.48.
Motus animalium quo perficiatur inſtrumento. l.3.55.
Motus animalium quo perficiatur inſtrumento. l.3.t.55.
Motus animalium principium quænam intellectus actiui cognitio ſit l.3.t.58.

O

Ocioſum in natura nihil eſt. l.1.t.13.
Obiecta potentijs opponſitur, l.1.t.10.
Odorum ſpecies cur ſint nobis minus notæ, quã aliorum ſenſibilium ſpecies. l.2.t.92.
Odores ſolum excellentes, ac fortes homines ſentiunt. l.2.t.93.
Odores, ac ſapores quandam inter ſe analogiam, ac proportionem habent. l. 2.t. 93. & 95.
Odorem; atque ſaporem quomodo obtineant corpora. l.2.t.95.
Odor per medium neceſſario percipitur. l 2.t.97.
Olfactum homines imperfectum obtinent. l.2.t.92.
Olfactus, & odorabile, & inodorabile percipit. l. 2.t.96.
Olfactu omnia animalia odorem captant. Probatur l. 2. t. 99.
Olfactus ſenſorium in hominibus quomodo differat à ſenſorijs reliquorum animalium. l.2.t.100.

Olfaug

Digitized by Google

Olfactus in hominibus abſque reſpiratione non percipit odorem .l.2.t.98.
Olfactus, atque odoris deſcriptio traditur. l.2.t.100.
Ordo quis ſeruādus in ſingularum animarum tractatione .l.2.t.33.

P

PAſſionis animæ quæ propriæ, quæue communes dicantur .l.1.t.3.
Paſſiones omnes animæ corpori cōmunes ſunt .l. 1.t.14.
Pati quot modis accidat. l.2.t.57.
Perſpicuum illuminatum quid ſit.l.2.t.68.
Perſpicua corpora quæ ſint .l.2.t.68.
Perſpicuum per ſe ſumptū quid ſit.l.2.t.69
Perſpicuum à colore pati poteſt. Probatur l. 2.t.71.
Perſpicuum ſuapte natura coloris expers eſt. l.2.t.71.
Perſpicuum viſibile per aliud eſt. l.2.t.71.
Piſces cur non habeant vocem. l.2.t.92.
Philoſophus naturalis quæ conſideret. l.1. tex.17.
Philoſophorum quorundam ſententia de natura animæ. l.1.t.28.
Philoſophorum de alimēti natura opiniones afferuntur. l.2.t.43 & 44.
Phātaſiæ operatio ab exiſtimatione differt. Probatur. l.2.t.153.& 154.
Phantaſia ex ſenſibus exterioribus non eſt. Probatur l.2.t.156.
Phantaſia quomodo carent apes, formicæ, & vermes l. 2.t.156.
Phantaſiæ operatio ab opinione differt. Probatur. l. 2.t.157.
Phantaſia, ſenſus, & opinio circa idem verſari obiectum nequeunt. Probatur l. 2. t. 159.
Phantaſiæ operatio opinionis, ac ſenſationis complexio non eſt. Probatur l. 2.t. 158.& 159.
Phantaſiæ deſcriptio traditur. l.2.t.161.
Phantaſia animalia plura agunt ac patiuntur. l 2 t.161.
Phantaſiæ operatio & vera, & falſa interdū accidit. Probatur l.2.t.161.
Phātaſia quomodo circa ſenſibilia propria, & communia erret. l.2.t.161.
Phantaſia proprium à viſione ſortitur nomen. l.2.t 162.
Phantaſia ob quem ſinē ſit animalibus conceſſa. l.2.t 162.
Plantæ propter quid non ſentiant.l.2.t.124.
Plantæ quomodo ſpecies ſenſibiles recipiant. l.2.t 124.
Platonis ſententia de natura animæ. l. 1.t. 26.& 27.
Platonis ſententia de natura intellectus. l. 1.t.47.
Plantas viuere experientia docet.l.2 t.14.
Platonis ſententia de natura intellectus confutatur. l 1.t.46.vſq; ad t.53.
Platonis ſententia de partibilitate animæ confutatur. l.1.t.90.vſq; ad t. 95.
Potentia quot modis dicatur. l.2.t.55.
Principium quot modis dicatur. l.2. t.24.
Pythagoreorum ſententia de natura animæ.t. 1.t.22.
Pythagoreorū ſententia de tranſmigratione animarum fabuloſa videtur. l.1.t.53.

Q

QVælibet res ab actu nominatur. lib. 2. tex. 25.
Quidditas ab habente quidditatem in rebus materialibus differt l. 3.t.9.

R

REſpiratione cur indigeant animalia. l. 2. t.89.
Reſpirato aere ad quid vtatur natura. l. 2. lex. 83.
Recipiens aliquid quomodo ab eo denuo datum ſit. l.3. t. 4.

S

SApor tangibilis qualiter eſt. l. 2. t.28.
Sapor quomodo ad alimentum ſe habeat. l.2. t.28.
Sapor in humido, vt in propria materia ineſt. l.2.t.102.
Saporis ſpecies quæ ſint l. 2. t. 105.
Scientia excellens bonum, atq; honorabile. l. 1.t.1.
Scientia quæ ſit præſtantior. l. 1.t.1.

Scientia de anima inter primas collocanda ſcientias eſt. Probatur l.1.t.2.
Scientiæ de anima vtilitas. l.1.t.2.
Scientiæ de anima difficultas. l.1.t.4.
Senſus potentia paſſiua eſt. Probatur lib.2. tex. 51.
Senſus proprias ſenſorij qualitates non ſentiunt. l.2.t.54.
Senſus quot modis dicatur. l. 2.t.53.
Senſus à quonam agante patiatur, & in actū ducatur. l. 2. t. 59.
Senſus, atq; intellectus à diuerſis agentibus in actum ducuntur. l.2.t.59.& 60.
Senſus pro libito ſentire nequit. l.2.t.60.
Senſus deſcriptio traditur. l. 2.t.62.
Senſus circa proprium ſenſibile non errat. l. 2. t. 63.
Senſus quomodo ſit ſuſceptiuus formarum ſine materia. l. 2. t.121.
Senſus, ac ſenſorium quomodo differant. l.2.t.122.
Senſu aliquo deſtitutū ab alijs ſenſibilibus pati nequit. Probatur l.2.t.125.& 126.
Senſus exteriores quinque ſunt. Probatur l.2.t.128.uſque ad t.133.
Senſus vnuſquiſq; exterior quomodo propriū alterius ſenſus obiectum percipiat. l. 2.t.134.
Senſus exteriores propriam non percipiūt ſenſationem. Probatur l. 2.t.138.
Senſus communis externorū ſenſuum operationes iudicat l.2.t.138.
Senſus communis quomodo obiecta diuiſa iudicet. l. 2.t. 145.
Senſus communis quæ percipit eſſe præſentia iudicat. l.2.t.146.
Senſus communis aſſimilatur centro circuli. l.2 t.149.& l.3.t.32.
Senſus communis quomodo oppoſita cognoſcat obiecta l.2.t.149.& l.3.t.32.
Senſus communis eſt aptus magis decipi, quam ſenſus exterior, l.2.t.161.
Senſus communis quomodo vnus, ac multiplex ſit. l. 3. t.31.
Senſus in proportione quadam, ac temperie conſiſtit. l.2.t. 143.
Senſus vniuſcuiuſq; munera quæ ſint. l. 2. tex. 144.
Senſus omnis obiecta diuerſa pluribus actibus ſimul elicitis cognoſcit. l.2.t.149.
Senſus circa ſenſibile per accidens decipitur. l.2.t.161.
Senſus circa ſenſibilia communia quomodo erret. l.2.t.161.
Senſuum dolor, ac voluptas quid ſint. l.3. tex. 24.
Senſus omnibus haud viuētibus competit. Probatur. l 3.t.60.
Senſus omnibus animalibus ineſt. Probatur. l.3.t.60.
Senſatio proprie motus non eſt. l.3.t.28.
Senſorium primum quid ſit. l.2.t.122.
Senſibile quot modis dicatur. l.2.t.63.
Senſibile primum quid ſit. l.2 t.63.
Senſibilia communia quæ ſint. l.2. t 64.
Senſibilia per accidens quæ ſint. l.2.t.65.
Senſibile ſupra ſenſum poſitum non ſentitur. Probatur l.2. t.75.
Senſibile vehemens quomodo lędat ſenſū. l.2.t.123.& 143.
Senſibilia quomodo inanimata alterēt corpora. l.2.t.126.l.3.t.67.
Senſibilia quomodo immutent aerem, & aquam l.2.t.127.
Senſibilia communia ab vno tantum ſenſu non cognoſcuntur. Probatur l. 2. t.133. & 134.
Senſibilia cōia propriam habent ſpeciē, per quam cognoſcuntur. Probatur l.2.t.133.
Senſibilia quot modis per accidens ſentiantur. l.2.t.134.
Senſibilia communia cur ab vno tantum ſenſu non cognoſcuntur. l. 2.t.135.
Senſibilis, ac ſenſus idē actus eſt. l.2.t.138.
Senſibilia quæ delectent ſenſum. l. 2. t.143.
Senſibilium differentiæ ab ipſo tantū ſenſu cōi cognoſcuntur. Probatur l. 2. t. 146.
Senſibilia remota quomodo per medium à ſenſu cognoſcantur. l.3 t.65.
Sitis quid ſit. l.2.t.28.
Sonus quotuplex ſit: l.2.t.77.
Sonum quot efficiant corpora. l.2.t.78.

Sonum quæ corpora ſint apta efficere. l.2. t.78. & 81.
Sonus & in aere, & in aqua deferri poteſt. l. 2.t. 79.
Sonus in ſolo aere gignitur. l.2.t.79.
Sonus in aqua minus, quam in aere defertur. l.2.t.79.
Sonus in aere veluti in proprio ſubiecto ineſt. l. 2.t.79.
Sonus quomodo in aere ſuſcipiatur. lib. 2. t.79.& 81.
Sonum deferens aer quomodo uſq; ad auditum moueatur. l.2.t.82.
Soni quæ ſit cauſa generatiua. l.2.t.83.
Sonantium corporum differentiæ ex quo dignoſcantur. l 2.t.86.
Sonus grauis, & acutus translatiue dicitur. l.2.t.86.
Subſtantia quot modis dicatur. l.2.t.2.

T

TActus eſt primus omnium ſenſuum. l. 2.t.17.
Tactus eſt alimẽti ſenſus. probatur l 2.t.28.
Tactus ſenſum exactum habent homines. l.2.t.94.
Tactus vnus ſenſus eſt. Probatur l.2.t.103. & 128.
Tactus ſenſorium obſcurum eſt. l.2. t.111.
Tactus mediũ connatũ eſſe debet. l.2.t.111
Tactus medium caro eſt. Probatur lib.2. t. 112.& 116.
Tactus corpora dura abſq; extrinſeco medio non percipit. Probatur l.2. t. 113.& 114.
Tactus per extrinſecũ mediũ non eodẽ modo ſentit, quo reliqui ſenſus. l.2.t.115.
Tactus quas ſentiat qualitates. l.2.t.118.
Tactus ſenſorium quodnam ſit. l.2. t.119.
Tactus tangibile,& non tangibile percipit. l. 2.t.120.
Tactus per accidens recipit formas cũ materia l. 2.t.121.
Tactus animalibus ex neceſſitate ineſt. Probatur l.3.t.63.
Talpa oculos, ac viſum habet. l.2.t.133.
Talet. ſententia de natura animę. l.1.t.32.

V.

VEgetatiuæ animæ definitio traditur. l.2.t. 48. & 49.
Vegetatiuæ animæ operationes quot ſint l. 2.t.47.
Vegetatiuæ animæ operationum quæ pręcipua ſit. l.2.t.49.
Vegetatiuæ animæ inſtrumentum quodnam ſit. l.2.t.50.
Vegetatiua pars animæ omnibus viuentibus ineſt. Probatur l.3.t.59.
Viſibile quot modis dicatur. l.2.t.66.
Viſibile vnum tantummodò eſt. l.2.t.66.
Viſio abſque medio perſpicuo illuminato fieri nequit l 2.t.73.
Viuentium quot ſint gradus. l.2.t.17.
Viuens quid conſtituat in eſſe viuentis. l.2. tex 16.
Vox eſt ſonus quidam animati corporis. l. 2.t. 87.
Vocem animalia dumtaxat ſanguinea eliciunt. Probatur. l.2.t.87.
Vox in aſpera animalium arteria fit. lib. 2. tex. 89.
Vocis definitio traditur. l.2.t.90.
Vox ſonus ſignificatiuus eſt. l.2. t.90.

EXPLANATIONIS.

Grauiora errata		*corrigito.*	*errata*		*corrigito.*	*errata*		*corrigito.*
Pag. 24.	existentes	exiſtens	95	animalis	animalia	121	& ſenſorio	ex ſenſorio
34	animo	anima	108	ociſam	otioſam	114	externe	externo
51	habnes	habens	110	idem	eidem	155	abhæret	adhæret
63	cuin	cum	110	ad	ac	177	appoſitás	oppoſitas
71	ipſi	ipſa	117	animorum	animatũ	248	conteſt	conſtet

[redacted]

[redacted]armel. Diſcal. [redacted] Romę.

PANDIMIGLIO
2 1 DIC. 1970
LEGA[illegible]ORIA - ROMA

Digitized by Google